Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

14.2.K.1 23

GEMMA SENTENTIARVM

S. P. AVGVSTINI DE AVXILIIS.

Selectarum ex omnibus Tomis, & Libris ipsius P. Augustini

A Fr. Nicolao de Gracchis Romano, Ordinis Eremit. S. Augustini, Mag. & Doct. in S. T. & V. I. professore.

Ad Sanctissimum Dominum Nostrum

VRBANVM VIII. P. M.

ROMÆ, Apud Andream Phœum. MDCXXVI.

Superiorum permissu.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VRBANO VIII. PONT. MAX.



VM diu in sapientiæ S. P. Augustini lætis campis laborauerim sententiasque doctrinarum quæ sparsim in ipsius Doctoris eximij libris, & operibus veluti Gemmæ fulgentissimæ emicant, recollegerim, & alphabetico ordine sub suis titulis descripserim, viderimque in hisce laboribus Augustinianam doctrinam, ad instar thesauri in vnum coactum vsui studiosorum catholicæ veritatis ad expugnandos impios hostes, quam absolutissimè, & abundantissimè præstari, nolui re ad vmbilicum redacta tardior esse in eas ędendo, & primum sententias complectentes totum argumentum de auxilijs sicuti præcursores aliorum laborum delegare sum arbitratus, & sub tuo nomine Beatissimè Pater, vt magni doctoris, maximo Magistro. præsentatę doctrinę videantur, spem habens maximam in tua humanitate, quæ inter cæteras virtutes tuas vt Hesperus inter sydera fulget, fore vt hilari vultu accipias, quod si contigerit, vt facies dignissima imperij, quod tenes terrarum orbis finibus, & solis radijs incircumscriptum promittit, ac

policetur, lętior audeam cæteras in lucem emittere meis senis iam viribus firmioribus factis in tuis fauoribus inceptam æditionem ad finem perducere, & præsertim Theoremata de Pontificia Potestate ad hæreticorum confusionem, quos fulgoribus sancti Patri nostri ipsiusque doctrinis costerni, velut de cælo tactos vidit, quàm frequentissimè Catholica Mater Ecclesia. Reliquum est, vt pietatem erga te meam, & voluntatem in Christianam Rempublicam commendatam cupiens, humiliter ad osculum sanctissimorum pedum prosternendo rogem Deum Optimum Maximum, vt te diu seruet humano generi incolumem, & fœlicem. Romæ, Quarto Non. Februarij. MDCXXVI.

Vestræ Sanctitatis

Humillimus Seruus

Fr. Nicolaus de Gracchis Romanus
Ord. Eremit. S. Augustini.

Magister Fr. Hieronymus de Ghettis Romanus Ord. Eremitarum S. Augustini Prioris Generalis indignus.

REuerendo Patri Magistro Nicolao de Gracchis Romano eiusdem Ordinis. Cum nobis exploratum feceris omnia Diui Patris Augustini opera, iuxta verum, & Catholicum sensum, te in Compendium redigisse: nos, vt his fructuosis laboribus tuis alios iuuare possis virtute præsentium, & nostri muneris auctoritate bona à reuisoribus habita relatione, seruatis seruandis, imprimendi facultatem concedimus. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Dat. Romæ, die prima Octobris 1625. Nostri Officij affixi Sigillo.

Loco ✠ Sigilli.

R.ti Lib. 2.

Imprimatur si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost.

A. Episcopus Hieracen Vicesg.

Imprimatur.

Fr. Dominicus Paulacius Magister, Socius Reuerendiss. Patri Fr. Nicolai Rodulfii, Ord. Prædic. Sacri, & Apostolici Palatii Magistri.

Præfatio ad Lectorem.



CIAS piè Lector. Quod vt facilius, & absque vlla difficultate inuenire possis, quæ auctoritates de auxilijs tractantur, & ponuntur à S.P.Augustino,& quæ fundamenta, ex quibus arguitur gratiam specialem necessariam esse, non solum auxilium generale,, sed speciale, ex quibus argumenta possunt formari, absque speciali Dei auxilio, hominem non posse bene operari, (vt quando dicitur) animam mortuam esse absente Deo, sicut & corpus absente anima dicitur mortuum, & sicut corpus viuificatur ab anima, quando est præsens; ita, & anima viuificatur, præsente Deo,& quod nullus potest suscitare seipsum, nisi ille, qui mortua carne, non est mortuus, scilicet Christus,& cetera. Facilè deducitur animam in peccato mortali absente Deo existentem,non posse operari bene, absque gratia Christi speciali, ipsam resuscitante: non autem per auxilium generale solum, cum libero arbitrio hominis, quod per peccatum dicitur ligatum, & animam mortuam ex absentia Dei, vt patet tom.7.nu. 501. & tom.10. num.475. &c. & quæ auctoritates probant hoc idem immediate composui, seu enucleaui huius libri sententias ab operibus S.P.Aug. & à sententijs à me extractis ex operibus eiusdem P. Aug. In quo duæ partes continentur, scilicet auctoritates per alphabetum, de Auxilijs, & Compendiolum earumdem sententiarum, itaquod si inuenies ali quam sententiam in alphabeto,quæras in Compendiolo,librum,tomũ,& numerum, ad quem te remittit, & statim inuenies eundem numerum, tomum,librum,& capitulũ;à quo fideliter est abstracta sententia, & si vis accedere ad alphabetum magnum, & Compendium omnium operum S.P.Augustini, à me extractum, inuenies affluenter, quicquid volueris, tum in hac materia, tum etiam in alijs materijs: sed pro maiori dilucidatione, & intelligentia declarandi

clarandi mihi videntur aliqui termini . Primò , quod nam dicitur auxilium generale, & quod speciale , quæ gratia generalis,& quæ gratia specialis . Secundo , iste terminus gratia physicæ , accepta , quomodo est intelligenda , & quomodo dicitur naturalis . Auxilium igitur generale,& gratia generalis dicitur illud, quod naturaliter accipit homo,in sui natiuitate , scilicet quando Deus dat homini in sui natiuitate lib.arb. & voluntatem , & dicitur naturalis gratia, & possibilitas,quam homo accipit à Deo, vt ait S.P.Aug. tom.7. c.4. de natura, & gratia; num.507. & c. 9.num.496.& c.4.num.520. & de natura, & gratia ; c.24.& de gratia Christi, num.527. & 520.& c.24.num.527.& tom.2. epistola 95.Innoc.num.278. ex tom.10. c.11. de verb.Apostoli , & 204. & serm. 12. de tempore . Et hanc gratiam vniuersalem confitebatur Pelagius , qui terminus scilicet gratia naturalis idem est , quod gratia physicæ sumpta . Vnde physis dicitur natura , secundum S.P. Aug. tom.1. & tom. 4. & tom. 5. vt patet in magno alphabeto , & secundum communiter physicos in primo physicorum , & hanc gratiam confitetur Pelagius, negat q; gratiam Christi ; solum differt in nomine , quia Pelagius vtitur hoc termino(naturaliter) alij verò physicè sumpta gratia : quod idem sonat, quod naturaliter . Caueas igitur piè lector , nè dicas physicę sumpta gratia,posse hominem facere opera meritoria , vel lib arb. posse ex se moueri ad benefaciendum , & esse principium meriti , quod conuenit fidei , quæ est principium meriti , & auxilium speciale , quia ex hoc euacuaretur mors, crux , & resurrectio Christi , quod dicitur auxilium speciale , vt longe probat P. Aug. in tom. 7. per totum contra Pelagium . Vnde Petrus negauit primò, & non fleuit,per auxilium generale ; negauit secundo , & non fleuit; negauit tertio, & fleuit , quia respexit eum Dominus ; secundum Ambrosium citatum à P. Augustt. liber primus , de gratia Christi 11. 45. secundo animaduerte , quod quando inuenis apud P. Augustt. in voluntate esse positum, vt homo velit illud, vel illud,scilicet bonum , vel frui, vel non frui, vel peccatum posse , per lib. arb. caueri , vel non caueri, vel homo, vbi voluerit erit, vel quocunque ierit ,

queierit eit ; vel hominis laus, in voluntate, & bono opere, & similia: fuerunt .n. ista omnia retractata lib. 1. retractationum. c. 9. & ibi. Intellige quando lib. arb. mouetur ad bene operandum semper supposita gratia, & quod voluntas præparatur à Deo per occultissimam gratiam, vt patet 1. tomo. lib. 3. de lib. arb. num. 467. & lib. 1. c. 1. num. 466. & 12. num. 442. & lib. 3. num. 481. & lib. 1. c. 6. num. 445. & c. 14. 443. & lib. 1. de lib. arb. c. 13. 442. & 443. & tom. 7. lib. 1. de gratia Christi. c. 6. & in multis aliis locis ; & ideo dicit opera bona, quæ agit homo sine gratia, & fide, & sine adiutorio in ventum pulverem portat. serm. 113. tom. 10. num. 700 serm. 7. 1012. & 1013. & peccata sunt ; vt idem ait per totum, & ideo opera bona incipiunt à fide. tom. 2. c. 30. epistola 120. ad Honor. num. 393. vnde nemo bene operatur, inquit Aug. Nisi fides præcesserit serm. 95. de tempore, tom. 10. num. 566. & propterea auxilio Dei non aufertur lib. arb. sed liberatur. c. 32. de eccl. dogm. tom. 3. & gratia Dei multi homines subito conuertuntur, sicut patet de Saulo, cuius conuersio desuper facta est, manifesto miraculo, per subitam acceptationem, & præparationem gratiæ lib. arb. ordinariæ vero præparatur lib. arb. à Domino, & disponitur. c. 19. lib. contra duas epistolas Pelagij, tom. 7. num. 594. & ideo gratia dicitur, gratia, quia non præcedentibus meritis datur, tom. 9. 16. & tom. 3. num. 323. & 4. 722. & 7. 942. Ex quibus satis habetur, quod auxilium speciale dicitur gratia præueniens, intellectum mouens ad cogitationem salutis per fidem, ostendendo vilitatem peccati commissi, & beatitudinem, siue gratiam recuperabilem, & excitando affectum eius ad prosequendam inspirationem, & dirigit hominem ad finem specialem supernaturalem, qui est visio Dei beatifica, in qua Deus dicitur concurrere specialiter, ad mouendū hominem, & tanto specialius, quanto actus propinquior est fini supernaturali, & visioni diuinæ. Et hoc auxilium requiritur ad cogitandum de beatitudine, ad habendam contrictionem peccatorum, ad habendam memoriam peccatorum, & ad recordationem iudiciorum Dei, & ad merendum ad huc specialius ; & ad martyrium adhuc specialius, & requiritur ad omnem actum bonū moraliter. Hęc igitur piè lector cogites, si non vis errare. Vale.

GEMMA SENTENTIARVM COMPENDIOLI S. P. AVGVSTINI DE AVXILIIS PER TOMOS, LIBROS, ET CAPITVLA.

SELECTARVM PER F. NICOLAVM de Gracchis Romanum Magistrum, & Doctorem Sac. Theol. & V. I. Professorem.

Tom. 1.

GRatia Dei suos electos sic prædestinauit, vt eorum, qui iam in eis vtuntur lib. arb. ipse etiam, voluntates præpararet, lib. 1. retract. cap. 8. t. 1. n. 7.

Voluntas ergo ipsa, nisi gratia Dei liberetur à seruitute, qua facta est serua peccati, & vt vitia superet adiuuetur, rectè, pièque viui non potest, lib. 1. retract. c. 9. t. 1. n. 8.

Tom. 1.

Potentiæ animæ, sine quibus rectè viui non potest, media bona sunt lib. 1. retract. t. 1. c. 9. n. 8.

Gratia non esset, si daretur ex meritis, & nisi eam præueniret diuinum beneficium, quæ vtique gratis datur, &c. lib. 1. retract. t. 1. c. 9. n. 8

Voluntas adeo est in nostra potestate, quod nihil est in nostra potestate, quam voluntas est. lib. retract. cap. 9.

Tom. 1. Tom. 1.

t. 1. n. 8.

Homo sponte cadere potuit, ideſt lib. arb. non etiam reſurgere ad quam miſeriam, iuſtè damnationis pertinet ignorantia, quam patitur homo ab exordio natiuitatis ſuæ, quo nec ab ipſo malo liberatur, quiſque, niſi gratia Dei, lib. 1. retract. c. 9. t. 1. n. 9.

Homines præcepta implere poſſunt, ſi velint, ſed præparatur voluntas à Domino, & tantum augetur munere charitatis, vt poſſint, lib. retract. c. 10. t. 1. n. 10.

Voluntas, vt homines præcepta implere poſſint præparatur à Domino lib. 1. retract. c. 10. t. 1. n. 10.

Deus adiuuat, non tantum pios homines, ſed etiam, non pios, vt pij efficiantur, ac ipſum inueniant. lib. 1. retract. cap. 13. t. 1. n. 12.

Velle adiecet mihi, perficere autem bonum non inuenio. lib. 1. retract. cap. 13. t. 1. n. 16.

Concupiſcens carne aduerſus ſpiritum, non ea, quæ vult homo facit, concupiſcit, quidem nolens, & non ea, & in eo non facit, quod vult, ſe ſi vincitur concupiſcentiæ conſentit volens, & in eo nõ facit, quod vult, lib. ſcilicet iuſtitiæ, ſeruuſque peccati. lib. retract. 1. c. 13. t. 1. n. 13

Voluntas in tantum libera eſt, in quantum liberata eſt, & in tantum voluntas appellatur, non ſicut Manichęi deſipiunt alienæ naturæ additamentum, ſed vitium, à quo non ſanamur, niſi gratia Dei, ſaluatoris. lib. retract. c. 15. t. 1. n. 16

Animæ quicquid faciunt, ſi natura, non voluntate faciunt, ideſt lib. arb. & ad faciendum motu animi carent, ſi denique his abſtinendi ab opere ſuo, poteſtas nulla conceditur, peccato earum teneri non poſſumus. lib. 1. retract. c. 15. t. 1. n. 17.

Corpora diligendo peccamus, quia ſpiritualia diligeret, & iuſtitia iubemur, & natura poſſumus, & tunc in genere noſtro optimi, & beatiſſimi ſumus, & vtique id agit gratia, vt ſanata natura, quod vitiata non poteſt, poſſit per eum, qui venit quærere, & ſaluum facere, quod


image
not
available

Tom. 1.

Bonum, quod operamur illius est, qui dat credentibus spiritum sanctum, lib. 1. retract. c. 23. t. 1. n. 24.

Velle nostrum est, & credere; illius autem est dare credentibus, & volentibus facultatem bene operandi per spiritum sanctum, per quem charitas in cordibus nostris diffunditur, sed eadem regula vtramque ipsius est, quia ipse præparat voluntatem, & vtrumque, quia non fit, nisi volentibus nobis. lib. 1. retract. c. 23. t. 1. n. 24

Velle neque possumus; nisi vocemur, & cum post vocationem voluerimus, non sufficit voluntas nostra, & cursus noster, nisi Deus vires currentibus præbeat, per ducat quo vocat. lib. 1. retract. c. 23. t. 1. n. 24

Sicut in his, quos eligit Deus, omn opera, sed fides inchoat meritum, vt per munus Dei, bene operentur, sic in his, quos damnat infidelitas, & impietas inchoat, pene meritū, vt per ipsam pœnā etiam male operātur, sed fidei meritum etiam ipsum esse, donum Dei est. lib. 1. retract. c. 23. t. 1. n. 24

Tom. 1.

Cuius enim miseretur, facit est bene operari, & quem indurat relinquit eum, vt male operetur, sed & illa misericordia præcedenti merito fidei tribuitur, & ista obduratio præcedēti impietati. lib. 1. retract. c. 23. t. 1. n. 24

Misericordiam cōsecutus sum, vt fidelis essem, & data est, vt essem fidelis. lib 1. retract. c. 23. t. 1. n. 24

Misericordia Dei, & vocamur & credimus præstatur, vt bene operemur, nōautex operibus nostris. lib. 1. retr. c. 23. t. 1. 24

Lib. arb. vt sit ad rectè faciendū gratia Dei liberatur. lib. 1. retract. c. 26. t. 1. n. 26

Lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato, satis ostendit nō posse impleri legem, nisi spiritualibus, quales facit gratia Dei, hoc ex persona hominis sub lege positi, nō dum sub gratia. lib. 1. retract. c. 26. t. 1. n. 27

Misericordia Dei est, præueniens voluntates, quę si non esset, nō præparar etur voluntas à Domino, & ad eam pertinet scilicet misericordiā, & ipsa

Tom. 1.

sa vocatio, quæ etiam fidē præuenit, lib. 1. retract. c. 26 t. 1. n. 28.

Laboratum est pro lib. arb. voluntatis humanæ, sed vicit Dei gratia, lib. 2. retract. c. 1 t. 1. n. 29.

Voluntas ipsa cum volumus, sine vllo interuallo temporis presto est, sed hanc quoque ad bene viuendum desuper accipimus potestatem, cum præparatur à Domino, lib. 2. retract. c. 1. t. 1. n. 29

Non dicimus esse in potestate nostra, nisi quod cum volumus fit, vbi prius, & maxime est ipsum velle, lib. 2. retract. c. 1. t. 1. n. 29

Si vos filius liberauit, tunc vere liberi eritis, scilicet gratia, intelligendo, non meritis vestris. lib. 2. c. 8. retract. rt. 1. n. 31.

Gratia est, per quam natura liberatur, & regitur, lib. 2. retract. c. 42. t. 1. n. 38

Pelagiana hæresis, ab episcopis sanctæ Romanæ Ecclesiæ condemnata est, lib. 2. retract. c. 50. t. 1. n. 40

Gratia cum defenditur, non negatur lib. arb. sed Pelagiani ita defendunt lib. arb. vt

Tom. 1.

negent gratiam asserentes, secundum merita dari gratia. lib. 2. retract. c. 66. n. 43

Deus aperit aures cordis nostri, ac dicit animæ nostræ salus tua ego sum, lib. 1. confess. c. 5. n. 47

Deus est lumen cordis hominis, & panis oris intus animæ illius, & virtus maritans mentem eius, & sinum cogitationum mentis eius, qui non cum amat, & fornicatur abs te. lib. 1. confess. c. 12. t. 1. n. 51.

Addiscendi acumen, & celeritas, intelligendi donum Dei est, sed quandoque nō ad vsum, sed ad perniciem magis hominibus malis. lib. 4. confess. c. 14. n. 71.

Peccator relinquit Deum, sed Deus non relinquit peccatorem. lib. 5. confess. c. 2. t. 1. n. 72.

Homo à beatitudine in miseriam vertitur, & indiget, auxilio Dei, quo erui purgarique posset. lib. 7. c. 2. n. 89

Anima nulla vnquam potuit, poterituè cogitare aliquid, quod sit Deo, melius, qui summum, & optimum bonum est. lib. 7. confess. c. 4. n. 90.

Tom. 1.

n. 90.

Deus qui est iustissimus moderator vniuersitatis consulentibus consultisque nescientibus occulto instinctu agit, vt dum quisque consulit; hoc audiat, quod oportet eum audire occultis meritis animorum ex abysso iusti iudicij sui, & non diuinationes, lib. 7. confess. c. 6. n. 92.

Deus benedicit iustũ, sed prius iustificat, lib. 10. confess. c. 2. t. 1. n. 116.

Deus est, qui docet, nec quisquam præter ipsum alius doctor veri, vbicunque elatuerit, lib. 11. confess. c. 6. t. 1. n. 74.

Merita enumerans vera sua, nihil enumerat, nisi munera sua. lib. 9. confess. c. 13. t. 1. n. 115.

Continens nemo potest esse, nisi Deus det, & hoc ipsũ erat sapientiæ scire cuius erat hoc donum Dei est, lib. 10. confess. c. 29. t. 1. n. 126.

Dà quod iubes, & iube quod vis lib. 10. confess. c. 29. n. 126. & c. 31. n. 127.

Gratia Dei omnia. lib. 13. confess. c. 3. n. 155.

Dono Dei omnia, lib. 13. confess. c. 10. n. 157.

Opera enim eorum narramus, sed tu es, qui operaris in eis, vt operentur animam viuã, lib. 13. confess. c. 21. t. 1. n. 161.

Deus est, qui dat fidem, his qui ad eum perueniunt, spem, & charitatem, & alias virtutes, lib. 1. soli loq. c. 9. t. 1. n. 360.

Oculus animæ mens est ab omni labe corporis pura, idest cupiditatibus rerum mortalium iam remota, atque purgata, quod ei nihil aliud præstat, quam fides primo, lib. 1 soli loq. c. 6. t. 1. n. 362.

Anima nulla sanatur, sine tribus istis, scilicet, Fide, Spe, & Charitate, vt possit Deũ videre, sed habens ista, potest vtique sanari, lib. soli loq. c. 6. t. 1. n. 362.

Christus intus docet occultissime, lib. de Magistro. c. 12. t. 1. n. 394.

Nihil est tam arduum, atque difficile, quod non Deo adiuuante planissimum, atque expeditissimum fiat, lib. 1. de lib. arb. c. 6. n. 438.

Animum peccare nulla mens facere potest & seruum libidinis

Tom.1.

dinis; nisi propria voluntas & lib. arb. & hoc est pœna peccati. lib. 1. de lib. arb. c. 11. t. 1. n. 441

Vides igitur iam, vt existimo in voluntate nostra esse constitutum, vt hoc, vel fruamur, vel careamus, tanto & vero bono, sed hoc fuit retractum lib. 1. retract. c. 9 voluntas est enim, qua peccatur, & rectè viuitur, quod his verbis egimus, voluntas ergo ipsa, nisi gratia Dei liberetur à seruitute, qua facta est serua peccati, & vt vitia superet adiuuetur, rectè pieque viui nō potest à mortalibus lib. 1 de lib. arb. c. 12. t. 1. 442

Viuere rectè, honestèque quisquis vult, si id se velle prætugacibus bonis vel assequatur tantam rem, tanta facilitate, vt nihil aliud ei, quam ipsum velle sit habere, quod voluit, fuit retractatum, lib. 1. retract. cap. 9. sed hoc suppositâ gratia semper dicendum vbicunque inueniatur, lib. 1 de lib.arb. c. 13. n. 442. & 443

Quid ergo causæ est, cur dubitandum putemus, etiam si

Tom.1.

nunquam antea sapientes fuimus, voluntate, nos tamen laudabilem, & beatam vitam, voluntate turpem, ac miseram, mereri ac degere, sed hoc fuit retract. lib. 1. retract. c. 9. nisi addatur, suppositâ gratia, lib. 1. de lib. arb. c. 13. t. 1. n. 443

Lex enim illa æterna de cuius consideratione redire, iam tempus est incommutabili stabilitate firmauit, vt in voluntate meritum sit, in beatitudine autem, & miseria; præmium, atque supplicium, sed hoc fuit retract. lib. 1. retract. c. 8. scilicet in voluntate meritum sit verū, sed suppositâ gratia, lib. 1. de lib. arb. c. 14. t. 1. n. 443

Lib. arb. quid autem, quisque sectandum, & amplectendū eligat, in voluntate esse positum, vt constat, nullaque re de arce dominādi, rectoq. ordine mentem deponi, nisi voluntate, sed hoc fuit retract. c. 9. voluntas enim est, qua peccetur, sed rectè viuitur suppositâ gratia, lib. 1. de lib. arb. c. 16. n. 445

Lib. arb. quo peccandi voluntatem habere conuincimur fuit nobis

nobis datum ab eo, qui fecit nos, non tamen causa peccādi vertenda est in Deum, qui illud dedit, lib. 1. de lib. arb. c. 16. t. 1. n. 445

Homo in quantum homo est, aliquid bonum est, quia rectè viuere, cum vult potest, sed hoc fuit retractatum, lib. 1. retract. c. 9. potest homo rectè viuere, per lib. arb. sed suppositā semper gratia, lib. 2. de lib. arb. c. 1. t. 1. n. 446.

Bona magna, non solum, sed etiam, & minima bona esse non possunt, nisi ab illo, à quo sunt omnia bona, scilicet à Deo, lib. 2. de lib. arb. c. 19. t. 1. n. 463.

Voluntas ad proprium conuertitur, cum suæ potestatis vult esse, ad exterius, cum aliorum propria, vel quæcunque ad se nō pertinet cognoscere studet, ad inferius, cum voluptatem corporis diligit, & sic homo excipitur ab alia vita, quia superbus, curiosus, & lasciuus efficitur, lib. 2. de lib. arb. c. 19. t. 1. n. 464

Voluntas adhærens commutabili, atque incommutabili bono impetrat prima, & magna hominis bona, cùm ipsa sit medium quodam bonum, lib. 2. de lib. arb. c. 19. t. 1. 464.

Voluntas, quæ regitur administratione diuinæ prouidentiæ quæ congruis sedibus ordinat omnia, & pro meritis, sua cuique distribuit. Ita fit, vt neque illa bona, quę à peccantibus appetuntur vllo modo mala sint, lib. 2. de lib. arb. c. 19. t. 1. n. 464.

Homo lapsus ex se non potest resurgere, sed adiutorio Dei, vtiq. lib. 2. de lib. arb. c. 20. t. 1. n. 464.

Motus ille auersionis, quod fatemur esse peccatum defectiuus motus est, omnis autem defectus ex nihilo est, qui autem defectus, quia est voluntarius in nostra positus est potestate, &c. lib. 2. de lib. arb. c. 20. t. 1. 464

Nullum tibi bonum, velle sentienti vel intelligenti, vel quoquo modo cogitāti occurrat, quod non sit ex Deo ita etiam nulla natura occurrit, quę non sit ex Deo. lib. 2. de lib. arb. c. 20. t. 1. n. 464

Voluntas non sicut homo spō-

te

Tom. 1.

te cecidit, ita spontè resurgere potest, nisi porrecta nobis dextera Domini nostri Iesu Christi firma fide tenemus; pro vt in lib. 1 retract. c. 9. lib. 2. de lib. arb. c. 20. t. 4. n. 464

Bonum omne ex Deo est, & nulla natura est, quę non sit ex Deo lib. 2. de. lib. arb. c. 20. t. 4. n. 464

Voluntas auertitur ab incommutabili bono, ad commutabili bonum, cum non nisi animi & voluntarium, & ob hoc culpabilē esse fatemur, omnis de hac re disciplina vtilis ad id valeat, vt eo motu improbato, atque cohibito, voluntatem nostram ad fruendum sempiterno bono, a lapsu temporalium conuertamus, sed hoc fuit retractatum lib. 1. retract. d. 9. sed additur suppositā gratia. lib. 1. retract. c. 9. sed additur suppositæ gratia. lib. 3. de. lib. arb. c. 1. t. 1. n. 466

Deus hominem beatum facit, non necessitate, sed voluntate, tamen Deo faciente, lib. 3. de lib. arb. c. 3. t. 1. n. 467.

Tom. 1.

Veritas optimè clamat: Non enim possum aliud sentire est in potestate nostra. Nisi quod cum volumus. Quapropter nihil, tam in potestate nostra, quam ipsa voluntas, sed hoc fuit retractatum. lib. 1. c. 9. retract. ea enim nullo interuallo mouet vt volumus prorsus est voluntas enim est, qua peccamus, & recte viuimus, quod his verbis egimus, voluntas ergo ipsa, nisi gratia liberetur à seruitute, qua facta est serua peccati, vt vitia superet, adiuuetur, recte pieque viui non potest à mortalibus, & hoc diuinum beneficium est, quo liberatur. lib. 3. de lib. arb. c. 3. t. 1. n. 467.

Voluntas igitur nostra, nec voluntas, nisi facta in nostra potestate. Porro, quia est in nostra potestate, libera est nobis, non enim est nobis liberum, quod in potestate non habemus, & ideo præscientia Dei voluntatem nostram non cogit lib. 3. de lib. arb. c. 3. n. 468.

Præscientia Dei voluntatem nostram

Tom. 1. To.

stram non tollit, nec potestatem, & sic non necessitat nos ad aliquid faciendum. lib. 3. de lib. arb. c. 3. t. 1. n. 468.

Homo si necessitate peccat, quia Deus prescivit: ergo homo voluntatem non habet in sua potestate, quod est absurdum. lib. 3. de lib. arb. c. 3. t. 1. n. 468.

Deus fecit naturas omnes, non solum in virtute, atque iustitia, per mensuras, sed etiam peccaturas, non vt peccarent, sed vt essent ornatus vniuersum, siue peccare, siue non peccare voluissent. lib. 3. de lib. arb. c. 11. t. 1. n. 475.

Deus autẽ nulli debet aliquid, quia omnia gratuita præstat, & si quisquam dicet, ab illo aliquid deberi meritis suis, vt esset, non ei debebatur. lib. 3. de lib. arb. c. 16. t. 1. n. 479.

Peccatum potest caueri, sed præsupposita gratia. lib. de lib. arb. cap. 18. t. 1. in. 481.

Peccatum autem caueri potest, sed hoc retractatum fuit,

Tom. 1. To.

lib. 1. retract. cap. 18. potest caueri peccatum præsuppositia gratia, & tamen propter ignorantiam facta quedam improbantur sicut diuinis legimus auctoritatibus. Misericordiam consecutus sum, quia ignoranter feci. lib. 3. de lib. arb. c. 18. t. 1. n. 481.

Peccata ideo dicuntur, quia ignorans, quisque non rectè facit, & quod rectè facere non potest, hoc est, quia de peccato illo liberè voluntatis originem ducunt. Illud enim præcedens meruit ista sequentia, sicut dinguam dicimus non solum membrũ, quod mouentur in ore dum loquimur, sed etiam illud, quod huius membri motum consequitur, secundum quẽ modum dicimus linguarum aliã Græca, aliã Latina, sic dicendum est, de peccato. lib. 3. de lib. arb. c. 19. t. 1. n. 481.

Ignorantia vero, & difficultas est causa peccati, inde incipit anima proficere, & ad cognitionem, & requiem, donec in ea perficiatur vita beata

Tom. 1.

ta promoueri, quem profectum in studijs optimis, atq; pietate, quorum facultas ei non negata est, si propria voluntate neglexerit, iusti in grauiorem, quæ iam pœnalis est, ignorantiam, difficultatemque præcipitatur; lib. 3. de lib. arb. c. 23. n. 485.

Ignorantia veri, & difficultas recti si naturalis est homini, vnde incipiat in sapientiæ, quietisque beatitudinem surgere nullus hanc ex initio naturali rectè arguit, sed si proficere voluerit, aut à profectu retrorsum relabi voluerit, iure merito; pœnas luit. lib. 3. de lib. arb. c. 23. t. 1. n. 485.

Filio Viduæ, quid profuit fides sua, quam vtique mortuus nō habebat, cui tū profuit matris fides, vt resurgeret, quanto ergo potius fides aliena potest conferre paruulos cui sua perfidia non imputari. lib. 3. de lib. arb. cap. 23. tom. 1. n. 486.

Meritum innocentiæ paruulis non potest esse antequam

Tom. 1.

aliquid nocere possit; ideo si affliguntur, non est quærenda causa in Deo. lib. 3. de lib. arb. c. 23. n. 486.

Homo velle non potest, nisi aut extrinsecus, per sensum corporis admoneatur, aut occultis modis in mentem veniat, & sic culpa est hominis eligentis deteriora. lib. 3. de lib. arb. c. 25. t. 1. n. 488.

Ecclesia catholica, vtitur gentibus ad materiam operationis suæ, hæreticis ad probationem doctrinę suę, schismaticis ad probationem, & ad documētum stabilitatis suę, Iudæis ad comprobationem pulchritudinis suæ. lib. de vera relig. cap. 6. t. 1. n. 492.

Ecclesia catholica alios inuitat, alios excludit, alios relinquit, alios antecedit: omnibus tamen gratiæ Dei participandæ dat potestatem, siue illi informandi, siue adiuuandi, siue reformandi, siue recolligendi, siue admittendi. lib. de vera relig. c. 46. t. 1. n. 492.

Ecclesia carnales suos, tanquā

Tom. I.

paleas, tollerat, quibus in area frumenta titiora sunt, donec talibus tegminibus exuantur, & in hac area pro voluntate quisque, vel palea, vel frumentum est; tamdiu sustinetur peccatum, seu error, cuiuslibet, donec, aut accusatorem inueniat, aut prauam opinionem pertinaci animositate defendat. lib. de vera relig. c. 6. t. 1. n. 492.

Anima viuens, dum est in hoc mundo eas, quas aduersum se nutriuit cupiditates fruendo mortalibus, & ad eas vincendas, gratia Dei se adiuuari credat mente illi seruiens & bona voluntate, absque dubio reparabitur fructurq; Deo. lib. de vera relig. c. 7. t. 1. n. 495.

Lex diuinæ prouidentiæ est, vt nemo à superioribus adiuuetur ad cognoscendam, & percipiendam gratiam Dei, qui non ad eamdem puro affectu adiuuerit, & ad lib. de vera relig. cap. 28. t. 1. n. 502.

Bonum, quod vitiari non potest: Deus est; cætera autem omnia, vitiari possunt; bona ex ipso autem sunt, quæ per seipsa vitiari possunt. lib. de vera relig. c. 18. t. 1. n. 498.

Vita æterna est totum præmiū, quod non potest præcedere meritum, & prius homini dari, quā dignus est. lib. de morib. Eccl. catholicæ. c. 25. t. 1. n. 531.

Homines si conuiguntur bona voluntate, Deique auxilio, quod omiserant peccando, pœnitendo recuperant. de zizania. lib. moribus Eccl. cath. c. 24. t. 1. n. 538.

Admiratio de rebus inspiratis nasci solet, & tamen legunt isti, & laudant Dominum Iesum Christum in Euangelio admiratum esse fidem credentium, & tamen illis fecit fidem ipse Dominus Iesus Christus. lib. 1. de Genes. contra Manich. cap. 8. n. 565.

Spiritus sanctus non gemit, quasi indigeat, sed quia ipse nos mouet ad orandum, eū gemimus, quod ipso mouente facimus, ipse facere dictū est. lib. 1. de Genes. contra Ma-

Tom. 1.

Manich. c.22.n.571

Animas reuiuiscere facit Deus per pluuiam super terram, idest per verbum suum, sed nubibus eas irrigat, idest de scripturis Prophetarum, & Apostolorum rectè appellantur nubes, quia verba ista, quæ sonant sciſſo, & pereussо transeunt, & inde non orant ante peccatum. lib. 2. contra Manich. c.4.t.1.n.576.

Habet vnusquisque nostrum in bonis operibus, & recta vita, tanquam distinctos sex dies Primo die lucem fidei. Secundo, tanquam firmamentum disciplinæ. Tertio, quo mentem suam adferendo bonorum operum fructus. Quarto, quo iam in illo firfirmamento disciplinæ spirituales intelligentias operatur. Quinto, in actionibus turbulentissimi sæculi, tanquã in aquis maris operari. Sexto, producit de terra animam viuam, idest de ipsa stabilitate mentis suæ, vbi spiritales habet fructus, idest bonas cogitationes. lib.2.de Genesi contra Manich. c.25

Tom. 1.

n.573.

Augustinus dixit de bono sẽtẽtiarũ magis, quam de meritis suis confidere. lib. de vita S.P.Aug. c. 27. t. 1. n. 607.

Tom. 2.

Homo sine gratia, quæ ab illo est nemo potest vincere concupiscentias vitiosas, & si qua earum residua non vicerit, veniali remissione purgari. t.2.n.8

Anima in corporibus post peccatum ordinata, regit corpus suum, non omnimodo, pro arb. sed sicut leges vniuersitatis sinunt. epistola 7. ad Marcellinum. t.2.n.20

Animæ beatæ, tunc omnimodo regent pro lib. arb. nunc vero non omnimodo, sed sicut leges sinunt, epistola 7. ad Marcell. t.2.n.21

Sacramenta veteris legis, non iustificabant, sed gratia Domini nostri Iesu Christi, ac illa sacramenta diuinitus data fuerunt priori populo, scilicet Iudeorum, ad significationem futurorum, quæ Christum oportebat impleri. epist.19.ad Hier.47

Fide-

Tom. 2.

Fidelis vocatur paruulus, ſicut credere reſpondetur, non rem ipſam annuendo mente, ſed ipſius rei ſacramentum percipiendo, cum autem homo ſapere cæpit, non illud ſacramentum repetit; ſed intelligit eiuſque veritati cōſona, etiam voluntate coaptabitur. Epiſt. 23. ad Bonif. t. 2. n. 58.

Anima nulla Dei culpa, nulla Dei neceſſitate, vel ſua: ſed propria voluntate in peccatum eſſe collapſam, nec liberari poſſe de corpore mortis huius, ſcilicet peccati, vel ſuæ voluntatis virtute, tanquam ſibi ad hoc ſufficiente, vel ipſius corporis morte, ſed gratia Dei, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrū, nec omnino eſſe animam vllam in gēnere humano, cui non ſit neceſſarius ad liberationē, mediator Dei, & hominum, homo Chriſtus Ieſus. epiſt. 28. ad Hier. t. 2. n. 62.

Anima quælibet, ſine gratia mediatoris, & ſacramento eius, in qualibet corporis ætate de corpore exierit, & in

Tom. 2.

poenam futuram, & in vltimo iudicio recepturam corpus ad poenam, ſi autem poſt regenerationem, in Chriſto poſt mortem corporis habituram ad gloriam receptura. epiſt. 28. ad Hier. t. 2. n. 62.

Animæ etiam paruulorum neceſſaria eſt liberatio ex obligatione peccati, eaque nullam eſſe, niſi per Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. epiſt. 28. ad Hier. t. 2. n. 63.

Animas Deus non cogit fieri peccatrices, vel puniat innocentes, neque nagare fas eſt, eas quæ ſine Chriſti ſacramento de corporibus exierint, etiam paruulorum, niſi in damnationem trahi. epiſt. 28. ad Hier. t. 2. n. 64.

Anima paruuli de reatu peccati liberanda eſt, nec alio modo, niſi gratia Dei, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrū. epiſt. 29. ad Hier. t. 2. n. 69.

Gratia ſola ſanari poteſt à deſideriorū morbo noxiorum; ideo medicus clamat: Venite ad me omnes, qui laboratis. epiſt. 45. ad Armentarium

Tom. 2.

rium Ricarium t.2.n.102

Lib.arb.adiuuari, per gratiam, vt rectè sapiamus, atque faciamus; vt cùm venerit Dominus, reddere vnicuique, secundum opera eius, inueniat opera nostra bona, quæ præparauerat Deus in illis ambulemus. epist.46. ad Valentinum; &c. t.2. n.103. & 104.

Epistola 46. Augustinus Valentino in cuius contubernio, quidam erat, qui videbatur non rectè sentire de lib. arb. docens, nec lib. arb. sic asserendum, vt nihil tribuamus gratiæ, nec gratiam ita prædicandam, vt negemus lib. arb. hominis. t.2. n.103

Sine me, nihil potestis facere. contra nouos Pelagianos, qui dicunt gratiam Dei, secundum merita nostra dari. epist. 46. ad Volusianum. t.2.n.104.

Gratia Dei si non est, quomodo saluat mundum, & si non est lib. arb. quomodo iudicat mundum. Non est igitur neganda gratia Dei. neque lib. arb. vt à Dei gratia separetur, tanquam sine illa

Tom. 2.

cogitare, vel facere secundum Deum, vlla ratione possumus. epist. 46. ad Volusianum. t.2.n.104

Gratia Dei, & misericordia eius conuertit hominē. ps. 18. Misericordia eius præueniet me, vt iustificetur impius. epist.46. ad Volus. t. 2. n. 104.

Quid habes, quod non accepisti, si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis. epist. 46. ad Volus. t.2. n.104.

Lib. est hominis arb. & gratia Dei, sine cuius adiutorio, lib.arb. nec conuerti potest, ad Deum, nec proficere in Deo. epist. 46. ad Volus. t.2. n.105.

Lib. arb. si posset sine adiutorio Dei gratiæ fieri, vt lib.arb. vt intelligeremus, atque saperemus; non diceretur Deo. Dà mihi intellectum, vt discam mandata tua. Psal. 116. & illud. Aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Luc. 24. si quis vestrum indiget sapientia postulet à Deo. qui dat, &c. Iac. 1. epist. 46. ad Volus. t. 2. n. 105.

Boni

Boni non solum secnndum suæ voluntatis, bonę merita præminm consequentur, sed etiam ipsam bonam voluntatem, per Dei gratiã consecuti sunt. &c. epist. 46. ad Volusianum. n. 105

Gratia Dei non datur aliquo meriro humano, quæ sola hominem liberat, per Dominum nostrum Iesum Christum. epist. 46. ad Volusian. n. 105.

Omnia, quæ ad mores nostros pertinent, quibus rectè viuimus à patre nostro, qui in cœlis est, esse poscenda, nè de lib. arb. præsumentes à diuina gratia decidamus. epist. 47. ad Valentin. n. 106

Orandum est pro inimicis nostris, qui nondum in Christum crediderunt, vt credãt, quod inaniter fieret, nisi Ecclesia crederet etiam malas, atq; infidelium hominum voluntates, per Dei gratiam in bonum posse conuerti, & ita Ciprianus dicit. epist. 47. ad Valentinum. n. 106

Lib. arb. fides catholica non negat, siue vitam malam, siue bonam, neque tantum ei tribuit, vt sine gratia Dei valeat aliquid, siue vt ex malo conuertatur in bonum, siue vt in bono perseuerãter proficiat, siue, vt ad bonum sempiternum perueniat. epist. 47. ad Valentin. n. 106

Lib. arb. non sic defendimus, vt ei bona opera, sine Dei gratia tribuatis, nec sic defendamus gratiam, vt quasi de illa securi mala operã diligatis. epist. 47. ad Valentinum. n. 107.

Iustitiam Dei ignorantes, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti, horum impietas etiam idolatriam superat. epist. 48. ad Vincentium. n. 110

Virtus nobis non erit: nisi adsit ipse quo iuuemur, nec beatitudo, nisi adsit ipse, quo fruimur, totum mutabile, atque corruptibile nostrum, quod per seipsum imbecille, & quædam materies miseriarum dodo immortalitatis, atque incorruptionis absorbeat. epist. 52. ad Macedonium. n. 151

Deus omnes homines vult saluos fieri, nullo alio modo intel-

Tom. 2.

intelligatur præstari: nisi per mediatorem Iesum Christũ, cum verbo caro factum. epistola 59. ad Paulinum. n.194.

Christus deleuit Chirographũ & omnia delicta, quæst. 8. epist. 59. ad Paulinum. n.197.

Res prospera donum Dei est, consolantis, & res aduersa, donum est admonentis Dei epist. 87. ad Felician. n.255

Lib. arb. qui dicit ad dominica præcepta implenda sufficere, etiam si Dei gratia, & spiritus sancti dono, ad opera bona non adiuuetur: omnino anatheniatizandum est, & omnibus execrationibus detestandum, & qui hoc asserunt, à gratia Dei penitus alieni sunt, sol. quæst. 2. de lib. arb. epist. 89. ad Hilariũ. n.257.

Lib. arb. valet ad opera bona, si diuinitus adiuuetur, quod fit humiliter petendo, & faciendo. sol. quæst. 2. de lib. arb. epist. 89. ad Hilar. n.257.

Lib. arb. destitum diuino adiutorio, qualibet scientia legis

Tom. 2.

excellat, nullo modo habebit iustitiæ solicitudinem, sed inflationem impię superbiæ, & exitiosum tumorem. sol. quæst. 2. de lib. arb. epist. 89. ad Hilar. n.257.

Salus non erit in multitudine virtutis suæ, & sic ægrotus non præsumat de suis viribus, sol. quæst. 2. de lib. arb. epist. 89. ad Hilarium. n.257.

Plenitudo legis est charitas, & nemo potest esse continens, nisi Deus det. sol. quæst. de lib. arb. epist. 89. ad Hilar. n.258.

Lib. arb. voluntatis non tollitur quia iuuatur, sed ideo iuuatur, quia non tollitur. sol. quæst. 2. epist. 89. ad Hilar. n.258.

Lex non docet, quid velle debemus ad abundantiam delectorum, nisi adiuuet gratia, vt quod volumus, valeamus, & quod voluerimus impleamus, sol. quæst. 2. epist. 89. ad Hilar. n.258.

Lib. arb. & si potest, quid ei prodest, nisi illi agat gratias, ex eo, quod potest à quo petendum est, quod nondum

Tom. 2.

est. sol. quæst. 2. epist. 89. ad Hilar. n. 558

Peccati initium ex Adam factū est, quod imitati cæteri sunt, & per gratiam liberati, & iustificati sunt. sol. quæst. 3. epist. 89. ad Hilar. n. 259.

Antiquos iustos sciamus, quicunque esse potuerunt, non nisi per Christum, & eādem fidem esse liberatos per gratiam, per quam liberamur, & nos scilicet per incarnationem Christi, quæ illis prænunciabatur, sicut à nobis facta annunciatur. sol. quæst. 3. de peccato originali. epist. 89. ad Hilarium. n. 260.

Legis plenitudo fit, non per vires lib. arb. quod est in nobis, sed per spiritum sanctū, qui datus est nobis. sol. quæst. 3. de peccato originali. epist. 89. ad Hilarium. n. 261.

Libertas arbitrij sine gratia non est libertas, sed contumacia. sol. quæst. 3. de peccato orig. epist. 89. ad Hilar. n. 261.

Lex subintrauit cum homines

Tom. 2.

negligunt, quod Deus iubet, siue cum de suis viribus præsumentes adiutorium gratiæ non implorant, & addunt infirmitati superbiam, cum auctoritatibus. sol. quæst. 3. epist. 89. ad Hilar. n. 261.

Libero arbitrio, nè quisquam putaret fidens de viribus voluntatis, non dico, sed vanitatis suæ legem potuisse sufficere, & Christi gratiam dederit allegans Apostolū, sed sola abstulit gratia, sol. quæst. 3. epist. 89. ad Hilar. n. 261.

Deus operatur in nobis velle, & operari, pro bona voluntate, ad Philip. 2. sol. quæst. 4. epist. 89. de diuitibus ad Hilar. n. 265

Lib. arb. in superbiam ælatum sacrilegam Pelagius, & Cælestius extollunt, vt nullum reliquant locum gratię Dei, qua Christiani sumus. epist. 90. Patres Concil. Carthag. ad Inn. n. 269

Auxilium Dei fides impetrat, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Pelag. autem, & Cælestius dicunt, quod talem

talem hominem creauit naturam; quæ per propriam voluntatem legem Dei possit implere, siue naturaliter in corde non scriptam, siue in litteris datam. epist. 90. Patres Concil. Carthag. ad Inn. n. 269

Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. epist. 90. Patres Concil. Carthag. ad Inn. n. 269.

Lib. arb. sine gratia non posse bene operari, contra Pelag. & Cœlestium. epist. 90. Patres Concil. Carthaginen. n. 269.

Pelag. & Cœlestius hæretici negant paruulos baptizari, & gratiam. epist. 90. Patres Concil. Carthag. ad Inn. Papam. n. 270

Gratiam Dei non consequentur, qui sine illo tantum se assequi posse confidunt, per lib. arb. epist. 91. Innoc. ad patres, Concilij Carthaginē. n. 271.

Gratiam negare, qui tam iniquus potest esse, tam barbarus, tam totius religionis, tam Christianis mentibus inimicus, qua huic te negare debere, quicquid in quotidiana gratia consequeris, cui te ipsum confideris debere, quod natus es. epist. 91. patres ad Ianuarium. n. 271.

Adiutorio quotidiano nos egere, negare non possumus; hoc enim, siue bene viuimus precamur, vt melius sanctiusque viuamus, siue praua sentientes à bonis auertimur, vt ad rectam reddeamus viam eius auxilio plus egemus. epist. 91. ad Ianuar. n. 271

Lib. arb. ad resistendum non potest, sed solum facere potest auxilium Dei. epist. 91. ad Ianuar. n. 271

Adiutorium Dei negantes, non alijs, sed sibi pœnitus abstulerunt, qui audiendi non sunt, & auellendi sunt longius, & ab Ecclesiæ procul remouendi visceribus. epist. 91. ad Ianuar. n. 272

Pelagij hæresis in qua dicit posse hominem in hac vita præceptis Dei cognitis ad tantam perfectionem iustitiæ, sine adiutorio gratiæ Saluatoris, per solum lib. arb. per-

uenire. epist. 22. ad Concil. Mileuitanum. n. 273

Adiutorium nostrum in nomine Domini, adiutor meus esto, nè derelinquas me, neque despicias me Domine Deus meus. epist. 23. ad patres Concil. Mileuitanum. n. 274.

Voluntatem nihil posse ex lestitibus auxilijs destitutam. epist. 23. ad patres Concil. Mileuitanum. n. 274

Pelagius & Coelestius tribuerunt infirmitati humanæ potestatis, vt hoc solum ad Dei gratiam pertinere contenderunt, quod cum lib. arb. & non peccandi possibilitate nati sumus, & Dei mandata, quæ à nobis implentur accepimus, cæterum ad eadem mandata seruanda, vllo diuino adiutorio egere. epist. 94. ad Hilar. n. 275.

Pelagiana hæresis, & Coelestiana, tu nos fecisti homines, iustos autem ipsi nos fecimus, absque gratia Dei. epist. 94. ad Hilar. n. 276

Pelagij, & Cælestij Concilium Carthaginense, & Mileuitanum hæresim abolerint, & ad Inn. anathematizauerunt. epist. 94. ad Hilarium. n. 276.

Oratio dominicalis, scilicet, nè nos inducas in tentationem, inanis esset ex dictis Pelagij, & Cælestij. epist. ad Hilar. n. 276

Lib. arb. potestas non sufficit, nisi adiuuetur infirmitas, oratio est clarissima gratiæ testificatio. epist. 95. ad Innoc. n. 277.

Oramus, vt peccatorum tentationem superare possimus, vt spiritus Dei, vnde pignus accepimus adiuuet infirmitatem nostram. Nè nos inferas in tentationem, non orat, vt habeat naturam, neque, vt habeat lib. arb. sed vt nè peccet. ex Cor. 13. epist. 95. ad Innoc. n. 277

Lex, & gratia distinguenda est, lex iubere, gratia adiuuare nouit. epist. 95. ad Innoc. n. 277.

Lex non iuberet, nisi esset voluntas, nec gratia iuuaret, si fat esset voluntas, iubetur, vt habeamus intellectum, oramus, vt habeamus intellectum,

Tom. 2.

ctum iubemur, vt habeamus sapientiam, continentiã, similiter, & oramus, si quis vestrum indiget sapientia postulet à Deo qui dat, &c. epistola 95. ad Innocen. n. 277.

Voluntatem sicut agnoscimus, cum lex præcipit, sic agnoscamus, & gratiam, cum sentimus. epist. 95. ad Inn. n. 277.

Gratiam, quam doctrina Christi demonstrat, & prædicat esse propriam Christianorũ, quæ non est natura, sed qua, saluatur natura, non auribus sonante doctrina, vel aliquo adiumento, nisi occulta misericordia. epistola 95. ad Innoc. n. 278

Homo si per lib. arb. & naturam poterat saluari, seu adimplere præcepta, iam erat præceptum, ergo Christus gratis mortuus est. epist. 95. ad Innoc. n. 278

Gratia Dei, creati sumus, vt nihil essemus, nec ita essemus, de quo beneficio Deo gratias agimus, & ista gratia dicitur gratuita bonitata Dei donata. Alia est gratia, qua

Tom. 2.

prædestinati sumus, vocamur iustificamur, & glorificamur; vt dicere possimus: si Deus pro nobis, quis contra nos, & hanc gratiam Pelagius negabat. epist. 95. ad Inn. n. 278

Gratia si liberati sumus, iam non ex operibus, alioquin gratia Dei non esset gratia. epist. 95. ad Inn. n. 278. & 279.

Lex aduersus promissa Dei, non est, si data esset lex, quæ posset viuificare omnino esset iustitia ex lege. epist. 95. ad Innoc. n. 279

Legis præuaricatio, abundantia peccati ad liberationem quærantur promissiones Dei, quod est gratia Dei, & incipiat in homine iustitia, non sua, sed Dei, hoc est data dono Dei. epist. 95. ad Inn. n. 279

Pelagius anathematizet scriptura eius, aut si sua esse neget, anathematizet, & damnet paterna exortatione, & auctoritate sanctimonię tuę; & discat scandalum auferre. epistola 95. ad Innocen. n. 279.

Igno-

BIBLIOTECA NA... ROMA ...

Tom. 2.

Ignorans ignorabitur, ideſt reprobabitur. epiſt. 102. ad Euodium. n.293

Gratia ſi nullis meritis reddita, ſed gratuita bonitate donata eſt. epiſt. 105. ad Sixtum. n. 298.

Cui vult miſeretur, non iuſtitia, ſed miſericordiæ gratia, & quem vult indurat, non iniquitate, ſed veritate vindictæ. epiſt. 105. ad Sixtum. n. 299

Iuſtificati ſunt, ſed non per merita, ſed gratis. epiſt. 105. ad Sixtum. n. 299

Gratiæ percipiendæ nulla merita præceſſerunt, quoniam meritis impij non gratia, ſed pœna debetur, nec iſta eſſet gratia, ſi non gratuita contra Pelag. & Cœleſt. epiſt. 105. ad Sixtum. n. 299

Remiſſio peccatorum, non eſt ſine aliquo merito, ſed merita incipiunt à gratia, ſic gratiam ſine meritis cogitemus, & fides fit in homine. epiſt. 105. ad Sixtum. n. 299.

Charitas Dei, ſine qua nemo bene viuit, diffunditur in cordibus noſtris, non à nobis,

Tom. 2.

ſed per ſpiritum ſanctum. epiſtola 105. ad Sixtum. n. 300.

Liberi arbitrij defenſores, immo deceptores, quia inflatores, & inflatores, quia præſumptores, non aduerſus nos, ſed aduerſus euangelium locuti ſunt, & locuturi, quid aliud dicunt, quam id quod Apoſtolus, ſibi quaſi à talibus diceretur obiecit. Quid adhuc conquæritur? nam voluntati eius; quis reſiſtit? quaſi dicat nullus, ergo cuius vult miſeretur. epiſt. 105 ad Sixtum. n. 300

Meritum miſericordiæ quærimus. nec inuenimus, quia nullum eſt, nè gratia euacuetur, ſi non gratis donatur, ſed meritis redditur. epiſt. 105. ad Sixtum. n. 300

Homo non habet ſapientiam, intellectum, conſilium, fortitudinem, ſcientiam, pietatem, & timorem Dei: niſi ſecundum prophæticum ſpiritum accepiſſet ſpiritum ſapientiæ, & intellectus, conſilij, & fortitudinis, ſcientiæ, & pietatis, ac timoris Dei, niſi accepto ſpiritu ſancto.

epiſt.

epist. 105. ad Sixtum.

Donum si in potestate homo haberet, & à seipso, non vtique poscceret orando, & gratuita non daretur gratia, nec esset gratia, quia debita daretur. epist. 105. ad Sixtum. n.301

Meritum hominis, quod est ante gratiam, quo meritò percipiunt gratiam, cum omne meritum nostrum non in nobis faciat, nisi gratia Christi, & cum Deus coronat merita nostra, nil aliud coronat quam munera sua. epist.109 ad Sixtum. n.301

Merita quibus redditur vita æterna, non à nobis parata sunt, per nostram sufficientiam, sed in nobis facta, per gratiam, etiam ipsa gratia nuncupatur, non ob aliud, nisi, quia gratis datur, nec ideo, quia meritis, non datur, sed quia data sunt, & ipsa merita, quibus datur. epist. 105. ad Sixtum. n.301 & 302.

Stipendium iustitiæ vita æterna, idest gratia Dei vita æterna, dicit Apostolus in Christo Iesu. epist. 105. ad Sixtum. n.302

Merito peccati, sicut tanquam stipendium redditur mors, ita merito iustitiæ, tanquam stipendium vitæ æternę, iustus ex side viuit. epist.105. ad Sixtum. n.302

Homines si male viuunt, de suo viuunt, vel quod originale traxerunt, vel quid insuper addiderunt, sed si vasa, sunt misericordiæ, non se inflent, sed ipsum glorificent, qui eis misericordiam non debitum præstitit, & si quid aliter sapiunt, & hoc, quoq; illis ipse reuelauit. epist.105. ad Sixtum. n. 302

Ignorantia in eis, qui intelligere noluerunt, sine dubitatione peccatum est, in eis autē, qui non potuerunt, pœna peccati est, & in vtrisq; iusta damnatio. epist.105. ad Sixtum. n.303

Gratia cum liberat, nihil inuenit iustum in eo, quem liberat, non voluntatem, non operationem, non salutem ipsam excusationem, &c. epistola 105. ad Sixtum. n. 304.

Homo non iustificatur à peccato

cato originali, neque à peccato actuali, nisi per gratiam Dei, & per lotum Christum Dominum nostrum. epistola 105. ad Sixtum. n. 304

Paruulus nullus, nisi renatus ex aqua, & spiritu sancto, intrat in regnum cælorum, non accepto regenerationis lauacro, etsi nulla merita præcesserunt. epist. 105. ad Sixt. n. 304.

Non volentis, neque currentis, sed miserentis Dei est, vbi nunc merita, vbi opera præterita, vel futura, tanquam lib. arb. viribus adimpleta, vel adimplenda. epist. 105. ad Sixtum. n. 306.

Gratia Dei Paganis, atque Christianis impijs, & pijs, fidelibus, & infidelibus communis est. epist. 106. ad Bonif. n. 309

Iustitia, si per naturam: ergo Christus gratis mortuus est. epist. 106. ad Bonifatium. n. 309.

Deus operatur in nobis velle, & operari, pro sua bona voluntate. epist. 106. ad Bonif. n. 307.

Opera ex gratia, non autem gratia ex operibus, quoniam fides, quæ per dilectionem operatur, nihil operatur, nisi ipsa dilectio Dei diffundere-tur in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis. epist. 106. ad Bonif. n. 309

Ille, qui putauit sine ipsius adiutorio, se custodire posse profectus est in longinquã regionem, & viuens prodige cuncta consumpsit: epistola 106. ad Bonifacium. n. 309

Deus operatur in nobis velle, & operari, pro sua bona volũtate, in his per electionem, gratia salui fiunt. epistola 106. ad Bonif. n. 310

Homo antequam gratia iustificetur, vt iustus efficiatur, quid est, nisi impius, quem si debitum sequatur, quid est eius meritum, nisi supplicium, redderetur, nam gratia, non ex operibus est, aliter non esset gratia. epistola 106. ad Bonifacium. n. 310.

Meritis suis, qui præmia, tanquam debita expectant, nec ipsa merita Dei gratiæ tribuunt

Tom. 2.

buunt, sed viribus propriæ voluntatis in legem iustitiæ non perueniunt, quia ex fide, ex qua est iustitia. epistola 106. ad Bonifacium. n. 310.

Lex per litteram iubet, non per spiritum iuuat, quicunque audit litteram legis, vt ei sufficere videatur cognouisse, quid iubeat, aut prohibeat, quo id se arb. sui virtute impleturum esse videatur, nè fide confugiat adiuuandus ad spiritum sanctum viuificantem, nè reum factum littera occidit, is profecto zelum Dei habet, sed non secundum scientiam. epist. 106. ad Bonifacium. n. 310.

Operibus debitum redditur, gratia vero, gratis datur, vnde nuncupatur. epist. 106. ad Bonif. n. 310

Gratia misericordiæ cum alteri præbetur, non habet, quod de humano merito glorietur, cum non ex operibus detur. epist. 106. ad Bonif. n. 311.

Gratia iam non est gratia, si non diuinis operibus gratis

Tom. 2.

datur, sed humanis meritis redditur, quæ sola sic discernit à pœna, vt cum pœna sit ex Adam, omnibus debita, gratia vero per Dominū nostrum Iesum Christum, nulli debita, sed gratuita. epist. 106. ad Bonifacium. n. 311.

Gratiam bene operandi fides meretur. epist. 106. ad Bonif. n. 310.

Lib. arb. nullum est in infantibus ad bonum, vel ad malū, propriæ voluntatis, vnde præmia, vel supplicium meritis subsequuntur epist. 106 ad Bonif. n. 311

Gratia per Dominum nostrum Iesum Christum, nulli debita, sed gratuita, vt vera sit gratia. epist. 106. ad Bonif. n. 311.

Meritis præcedentibus nemo iustificatur, neminē tamen obdurat, nisi merito, nouerit piæ namque, & veraciter creditur Deus nocentes iustificando à pœnis debitis liberare. epist. 106. ad Bonif. t. 2. n. 313.

Gratia si salui facti sumus iam non ex operibus, quæ feci-

mus. epist. 106. ad Bonifat. t. 2. n. 315.

Tentationes, & concupiscentias quamuis habeamus. lib. arb. tamē sine gratia superare non possumus. epist. 106 ad Bonif. n. 316.

Gratia Dei, & adiutorium ad singulos actus datur, contra Pelag. & non secundum merita. epist. 106. ad Bonif. n. 316.

Natura humana, etiam si in illa integritate, in qua condita est permaneret, nullo modo seipsam creatore suo non adiuuante, seruaret. epist. 106 ad Bonif. n. 317

Oculi quantumcunque sani, si desit lux, nullo modo possunt videre, & lib. arb. si desit gratia nullum bonum facere potest. epist. 106. ad Bonif. n. 317.

Fides recta est Dei via, & illius donum, qui gressus nostros propterea dirigit primitus, vt velimus. epist. 107. ad Vitalem. n. 319

Gratiam, qui oppugnat liberum suum arbitrium vult esse captiuum. epist. 107. ad Vitalē. n. 320.

Lib. arb. dum volumus defendere, apud homines, apud Deum perdimus, orationis auxilium, & gratiæ actionem non habemus veram. epist. 107. ad Vitalem. n. 320.

Paruuli cum baptizantur in Christo, de potestate tenebrarum eruuntur, hoc opus est gratiæ, non naturæ, scilicet liberare de potestate tenebrarum. epist. 107. ad Valentinum. n. 321

Gratiæ opus est tollere peccatum, & accipere doctrinam, ac ad amicitiam Dei reducere. epist. 107. ad Vitalem. n. 321.

Lib. arb. ad diligendum Deum, primi peccati gratia ditate perdidimus, & lex Dei quāuis sancta, & iusta occidit si non viuificat spiritus, per quem fit. epist. 107. ad Vitalem. n. 321

Gratia non est doctrina, sed facit prodesse doctrinam; quę enim si deest obest doctrina. epist. 107. ad Vitalem. n. 321.

Gratia Dei, non est natura lib. arb. neque doctrina, quamuis

Tom. 2.

uis vtilis sit eis. epist.107.ad Vitalem. n. 322

Gratiam Dei nec paruulis, nec maioribus, secundum merita dari scimus, nec omnibus hominibus dari, secundum merita, & quibus non datur, iusto iudicio Dei non datur. epist. 107. ad Vital. n. 322.

Gratia, vt sit gratia, non secundum merita nostra datur. epist. 107. ad Vitalem. n. 323.

Voluntas præparatur à Deo, & per occultam inspirationem gratiæ Dei. epist.107.ad Vitalem. n. 324

Gratia sua Deus aufert cor lapideum, & præuenit in hominibus bonarum mentium voluntatum: ita vt voluntas per antecedentem gratiam præparetur, non vt gratia merito voluntatis antecedēte donetur. epist.107.ad Vitalem. n. 325

Viuendi, & si potestas non est, est tamen gratia promerendi, vt videre possimus, & qui habuit gratiam, meruit copiam. c.10.epist. 112.ad Paulinam, &c. n.345

Tom. 2.

Homo sine adiutorio Dei, non valet cogitare esse aliquid magisque esse, & ideo beati mundo corde. c. 12. epist. 112.ad Paulinam. n. 346

Anima cum in seipsa delectatur, & non in incommutabili bono, superba est, quia se pro summo habet, & cum in Deo delectatur, ab eo mercedem recipit. c.10.epist.119. ad Ianuarium. n. 367

Bene operari non possumus: nisi dono Dei adiuti. Deus enim in nobis operatur velle, & operari pro sua bona voluntate. c.10.epist.119.ad Ian. n.367

Homines per gratiam renascuntur spiritualem, non ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo. c. 4. epist.120. ad Honorium. n.376.

Gratia gratis datur, non meritis operantis, sed miseratione donantis. c. 19. epist.120. ad Honorium. n. 386

Gratia salui facti estis, per fidē, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est, non ex operibus, nè forte, quis extollatur. c.

Tom. 2.

20. epist. 120. ad Honor. n. 386.

Opera bona incipiunt, ex quo iustificamur, non quia præcesserunt, iustificamur, & hoc est profundum. c. 30. epist. 120. ad Honorium. n. 393.

Iustitiæ Dei non sunt subiecti, ignorantes illam, & suam volentes constituere. c. 30. epist. 120. n. 393

Deus hoc ipsum, quod iustificat homines, nimis occulto iudicio facit, quoniam gratuita gratia, si autem gratia non ex operibus, aliter non esset gratia. c. 30. epist 120. ad Honor. n. 393

Homo propria voluntate auertitur à bono incõmutabili, eaque auersione vitiatur, nec sanare seipsum potest, sed gratuita misericordia Dei creatoris. cap. 31. epist. 120. n. 394.

Continẽs nemo potest esse, nisi Deus det. c 37. epist. 120. n. 397.

Voluntatem ad habendam bonam, vbi est hoc ipsum, quod iustè viuamus, & ipsa claritas, quæ in omnibus Dei donis, ita excellit, vt etiam Deus dicta sit, qua vna adimpletur in nobis, si quid diuinæ legis, & admonitis implemus, nolunt nos diuinitus adiuuari, sed nos ipsos dicunt arbitrio proprio voluntatis nobis ad ista sufficere. epist. 143. ad Iulianam Viduam. n. 430

Nobilitas corporalis, atque opulentia hominum intelliguntur non sua, spirituales vero diuitias, non nisi ex te, & hęc est hæresis Pelagiana, & contra Apostolum. 2. Cor. 4. Et in multis locis. epist. 143. ad Iulianam Viduam. n. 430.

Virginitas sancta, qua te filia volentem, vicit natu posterior, actu prior, genere ex te, honore ante te, ætate subsequens, sanctitate, præcedens, in qua etiam tuum esse cæpit, quod in te esse non potuit, hæc Dei dona sunt, & vestra quidem, sed non ex vobis. epist. 143. ad Iulianam Viduam. n. 431

Homines, & si propter arbitrium proprium, sine quo, non operamur bonum, non tamen

Tom. 2.

tamen sicut iste dixit, scilicet Pelagius non nisi ex te proprium quippe arb. nisi Dei gratia iuuetur, nec ipsa bona voluntas operatur in nobis velle, & operari. epist. 143. ad Iulianam Viduam. n.431.

Continēs nemo potest esse, nisi Deus det. epist. 143. ad Iul. n.431.

Omne quod nō est ex fide peccatum est. epist. 143. ad Iul. n. 431. & 432.

Lex ita docendo, & iubendo, quod sine gratia impleri non potest, homini demonstrat suam infirmitatem, vt quærat demonstrata infirmitas saluatorem, à quo sanata voluntas possit, quod infirma non possit. epistola 144. ad Anast. n.433

Gratiæ, qua iustificatur impius, quisquis ingratus velut ad legem implendam de suis viribus fidit, ignorans Dei iustitiam, & suam volens constituere, iustitiæ Dei non est subiectus, hac per hoc, fit ei lex non absolutionis adiutorium, sed vinculum criminis. epist. 144. ad Anast. n.433

Tom. 2.

Peccatum tantum quisque odit, quantum iustitiam diligit, quod non poterit lege terrente per litteram, sed spiritu sonante per gratiam. epist. 144. ad Anastasium. n.434.

Cultores Dei, siue ante incarnationem, siue post incarnationem Christi, nec vixerint, nec viuant, nisi ex fide Christi incarnationis, in quo est gratiæ plenitudo. epist. 156. ad Probam. n. 457

Lex spiritualis est, ego carnalis sum, venundatus sub peccato, satis ostendi non posse impleri legem, nisi à spiritalibus, quales facit Dei gratia, hoc erat persona hominis, sub lege positi, nondum sub gratia. epistola 200 ad Asellicum Episcopum n. 525.

Homo non iustificabitur, ex operibus legis: nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Iesum Christum credimus, vt iustificemur per fidem Christi, & non ex operibus legis: quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. epist. 200. ad Asellum

Epi-

Episcopum. n. 525
Gratia fit non imperio, sed beneficio, non iubente littera, sed adiuuante gratia, vt sit spiritualis, qui legem impleat spiritualem. epist. 220 ad Asellum Episcopum. n. 525.
Gratia. vel secundum gratiam incipit homo in interiori homine renouari, vt mente agat, quod amat, nec carni consentiat agenti, quod odit, ideſt, vt non omnino non concupiscat, sed vt post concupiscentias suas non eat. epist. 120. ad Asellum. n. 525.
Gratia saluatoris, non lege, sed fide, quæ impetrat, non littera, qua iubetur, sed spiritu, quo sanatur, non meritis operantis hominis, sed gratia Christi. epistola 220. ad Asellum Episcopum. n. 526.
Gratiæ Christi, qui putant se esse Christianos aduersantur, vt se humanis viribus diuina existiment implere mandata. epist. 220 ad Asellum Episc. n. 526
Diliges Dominum Deum tuũ,

sicut teipsum non viribus humanis, quasi nostram constituentes iustitiam, sed gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum. epist. 220. n. 529
Voluntas bona, ideo misericorditer impenditur, vt mala voluntas hominis dirigatur. Nam quis nesciat, nec damnari hominem, nisi merito malæ voluntatis, nec liberari, nisi bonam voluntatem habuerit. epist. 204. ad Donatum presbyterum. n. 536.

QVid habes, quod non accepisti, si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis. 1. Cor. 4. De doctrina Christiana. Prol. 3. n. 4
Optandum, vt omnes diligant Deum. c. 29. de doctrina Christiana. lib. 1. n. 11
Qui videtur stare videat ne cadat. c. 23. de doct. Christiana. n. 39
Lex data si esset, quæ posset viuificare, verè ex lege esset iu

Tom. 3.

stitia.c.20. lib.de doct. Chri. n. 58.& t.4 .n.869.

Quæcunque enim bona dicit malus homo, eius excogitari videtur ingenio, sed ab eius, moribus aliena sunt . c. 29. de doctrina Christiana.lib.4. n. 65.

Vita vbi erit sine morte, sine errore veritas, sine perturbatione felicitas, causa bonarum rerum est bonitas Dei: malorum vero mutabilis voluntas. Angeli mali, postea hominis . c.23. lib. Encher. n.113.

Homo post peccatum, exul effectus est, stirpem quoque suam, quam peccando in se, tanquam in radice vitia vera pœna mortis, & damnationis obstrinxit, prorlis simul damnata fuit. c.26.lib.Ench. n.113.

Libero arbitrio male vtens homo, & se perdidit, & ipsum sicut, qui se occidendo non viuit, nec potest resuscitare, ita, cum lib.peccaretur arb. vigore peccati, amissum est lib.arb. c.30. lib. Encher. n. 114.

Libertas vnde erit homini ad-

Tom. 3.

dicto, & vendito: nisi redimat ille, cuius illa vox est, si vos filius liberauit: tunc verè liberi eritis, quod antequam fieri in homine incipiat, quomodo quisquam de lib.arb. in bono gloriatur opere, qui nondum liber est, ad operandum bene, nisi se vana superbia inflatus extollat. cap. 30. lib. Encher. n. 114.

Volũtas ipsa à Deo præparatur iuxta illud, non est volentis, neq; currentis, sed Dei miserentis est, quia ex vtroque fit, idest ex voluntate hominis, & misericordia Dei. cap.30. lib. Encher. n. 115

Fides diuinitus datur. 1.Cor.7: vt fidelis esset misericordiã consecutus, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est, non ex operibus, nè fortè, quis extollatur. c.31.lib.Encher. n.115

Bona voluntas à Deo. c.32 .lib. Encher. n. 115

Libertas nè glorietur de ipso lib.arb. voluntatis tanquam ab ipso incipiat meritum, cui tanquam debitum reddatur præmium bene operandi, au

deat

deat eundem gratiæ præconem dicentem. Deus est enim qui operatur in nobis velle, & operari. cap. 32. lib. Encher. n. 115

Voluntas non sufficit, nisi sit misericordia Dei, si non sit etiam voluntas hominis. c. 32 lib. Encher. n. 115

Voluntatem bonam Deus præparat adiuuandam, & adiuuat præparandam, & voluntas hominis bona præcedit multa Dei dona, sed non omnia, quæ autem præcedunt ipsa in eis est, & ipsa. c. 32. lib. Encher. n. 115

Caro non iustificabitur ex operibus legis, ideſt, omnis homo. cap. 34. lib. Encher. n. 116.

Gratiæ inditium, humanitas Christi. c. 36. lib. Encher. n. 116.

Naturæ humanæ tanta gloria, nullis præcedentibus meritis sine dubitatione gratuita, ex quo homo cæpit esse, non aliud cæpit esse, quam Dei filius, qui caro factus Christus vnica persona verbum, & homo, sicut anima rationalis, & caro. c. 36. Encher.

n. 116.

Christus de spiritu sancto, secundum hominem nil aliud est, quam ipsa gratia demonstratur. c. 37. lib. Encherid. n. 117.

Gratia ex multis delictis iustificat hominem, qui per illud vnum, quod communiter cum omnibus originaliter traxit, sua quoque propria commisit. c. 50. lib. Encher. n. 119.

Deus malas voluntates, quas voluerit, quando voluerit, vbi voluerit, in bonum potest conuertere, & eum facit, misericordiam facit & cum nō facit, per iudicium non facit. cap. 98. lib. Encherid. n. 131.

Deus cui vult miseretur, & quē vult indurat. c. 98. lib. Enche. n. 131.

Dei miserentis est, non autem volentis, neque currentis. c. 99. lib. Encher. n. 132

Genus humanum, tam iusto iudicio Dei in radice apostatica damnatum, vt etiam si nullus inde liberaretur, nemo posset Dei vituperare iustitiam, & qui liberantur, sic

opor-

Tom. 3.

oportuisse liberari. c.99.lib. Encher. n. 132.

Hominem sic oportebat fieri prius, vt bene velle posset, & male, postea vero sic erit, vt male velle non possit, nec ideo libero carebit arbitrio. c. 105. Encher. n.134

Deus primum hominem male vsurum libero arbitrio hoc est peccaturum esse præsciebat, ad hoc potius præparauit voluntatem suam, vt bene ipse faceret, etiam de male faciente, ac sic hominis voluntate mala non euacuaretur, sed nihilominus impleretur omnipotentis bona. cap. 104. Encherid. n.134.

Humana natura perdidit illam gratiam per lib arb. & hanc est accepturam per gratiam, qua fuerat, si non peccasset acceptura per meritum, quamuis sine gratia, nec tunc vllum meritum esse potuisset. c. 106. Encherid. n.134.

Lib.arb. retinendæ iustitiæ non sufficiebat: nisi participatione immutabilis boni, diuinũ adiutorium præberetur, &c.

Tom. 3.

si peccatum in solo libero arbitrio erat constitutum. cap. 106. lib. Encherid. n.134.

Mori est in potestate hominis, sed ad vitam retinendam voluntas non sufficit, si adiutoria desint. c.106.lib.Ench. n,134.

Gratia sola Dei, homo liberatur à peccato, & seruitute, cui dominatur cum morte peccatum, quæ in fide Christi posita est. c.106.lib.Encher. n. 134.

Gratia, nisi gratis sit, gratia nõ est, & bona merita hominis, sunt Dei munera, quibus cum vita æterna redditur, quid nisi gratia, pro gratia redditur. c.107.lib.Encher. n. 134.

Lex sine Dei dono, id est sine spiritu sancto, &c. iubere potest: non autem iuuare prætaricatorem, & facere potest, qui de ignorantia se excusare non potest. c. 117. lib.Encher. n.136

Deuictus homo, seruus vincenti addictus est. c. 118. lib. Encher. n.137

Cognitio, cum per legem fuerit

rit facta peccati ; si nondum diuinus adiuuat spiritus secundum legem volens viuere, vincitur, & sciens peccat, peccatoque subditus sequit. cap. 118. lib. Encherid. n. 137.

Deus si respexerit, vt adimplenda, quæ mandat, ipse adiuuare credatur, vt agi homo cœperit Dei spiritu, concupiscitur aduersus carnem, fortiore robore charitatis. cap. 118. lib. Encherid. n. 137.

Lib arb. si quis sponte perdiderit, suo libertatem deinceps arbitrio resumere non valeret, sine gratia. c. 3. lib. de fide ad Petrum. n. 156

Voluntatis bonæ initium, & cogitationis, non homini ex seipso nasci, sed diuinitus, & præparari, & tribui in eo, Deus ostendit euidenter. c. 3. lib. de fide ad Petrum. n. 157.

Animæ iustæ, quas hic redemptor Deus gratis, ex fide iustificauit, & iustificatis bene viuendi, vsque in finem perseuerantiam tribuit, in ipsis corporibus in quibus hic iustificationis gratiam diuinitus acceperunt regni cœlestis æterna beatitudine potientur. cap. 3. de fide ad Pet. n. 157

Homines ad regnum Cœlorum diuersis temporibus per sacramenta, quę ad fidem incarnationis suæ Christus instituit, peruenerunt, quos Deus gratis, nullo bonæ voluntatis, vel boni operis merito præcedente saluauit. c. 3. de fide ad Pet. n. 159

Homo non liberatur ab ira originalis peccati : nisi per fidē mediatoris Dei, & hominum Iesu Christi. c. 20. de fide ad Pet. n. 164

Nihil agit sine gratia c. 32. de fide ad Pet. n. 165

Hominem posse, quem nec ignorantia litterarum, nec aliqua prohibet imbecillitas verba sancti Euangelij, & legis legere, siue audire ex ore prædicatoris, sed diuinis mandatis obedire neminem posse, nisi, quem Deus gratia sua præuenerit, firmissimè tene, vt corde percipiat. c. 32. de fide ad Pet. n. 165

Hominum neminem posse hic

poe-

Tom. 3.

pœnitentiam agere : nisi eũ Deus illuminauerit, & gratuita sua miseratione conuerterit, firmissimè tene. cap. 31. lib. de fide ad Petrum. n.165.

Homines quos vasa misericordiæ gratuita bonitate Deus fecit, ante constitutionem mundi, in adoptionem filio Dei prædestinatos à Deo, neque perire posse aliquem prædestinatum firmissimè tene. cap. 35. de fide ad Pet. n.165.

Animas duas, non esse in vno corpore, sed vnam tantum, qua animatur corpus, habentem in se libertatem arb. vt in se eligat, quod vult. cap. 15. de Ecclesia. dogm. n. 140.

Lib. arb. manet ad quærendam salutem, idest rationalis voluntas, sed ad monente prius Deo, & iuuante ad salutem, vt eligat, vel sequatur, vel agat occasione salutis, idest inspiratione Dei. c. 21. lib. de Eccl. dogm. n.140

Lib. arb. vt consequatur, quod eligit, Dei esse, libere confitemur. c. 21. de Eccl. dogm.

Tom. 3.

n.140.

Salutis nostræ initium Deo miserante habemus, vt acquiescamus salutifere inspirationis nostræ potestatis est, vt adipiscamur, diuini est muneris, vt non labamur, adepto salutis munere, solicitudinis est, & cælestis pariter adiutorij, vt labamur potestatis nostræ est. c. 21. de Ecclesijs dogmatibus. n. 140

Lib. arb. sequax esse diuinæ inspirationis, libere cõfitemur, sicut initium salutis nostræ, Deo miserante, habere nos credimus. c. 21. de Ecclesijs dogmatibus. n.140

Homines omnes in præuaricatione Adæ, innocentiam perdidisse, firmissimæ credendum est, ac neminem consurgere posse, per lib. arb. nisi cum gratia Dei miserantis erexerit. c. 22. de Eccl. dogm. n.140.

Baptismatis neminem gratia renouatum, idoneum esse ad superandas Diaboli insidias, & ad vincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum adiutorium Dei perseuerantiam acciperet. cap.

cap. 23. de Eccl. dog. n. 141

Lib. arb. nemo, nisi per Christū bene vtatur. c. 25. de Eccl. dogm. n. 141

Merita, & omnia opera sanctorum ad Dei gloriam, laudēq; referenda sunt. c. 26. de Ecclesijs dogmatib. n. 141

Lib. arb. qui contra Dei adiutorium extollunt, districto gladio veritatis, vel cursim trāsiens amputares. cap. 26. de Ecclesijs dogmatib. n. 141

Deus ita ex cordibus hominū, atque in ipso libero arbitrio operatur, vt sancta cogitatiōpium consilium, omnisque motus bonæ voluntatis ex Deo sit; sine quo nihil possumus. c. 27. de Eccl. do. 141

Gratiam Dei, qua iustificamur, per Iesum Christum Dominum nostrum, quicunque dixerit, ad solam remissionem valere peccatorum, non etiam ad adiutorium gratiæ, vt non committatur anathema sit. c. 28. de Eccl. dogm. n. 141.

Gratiam Dei per Iesum Christum, si quis dixerit, propter hoc tantum nos adiuuare, ad non peccandum, quia

ipsum nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, vt sciamus, quid appetere, & quid vitare debemus, non autem præstari nobis per illam, vt etiam, facere diligamus, anathema sit. cap. 29. de Eccl. dogmatib. n. 141.

merita omnia hominis, ab ipsius gratia præueniri, per quā fit, vt aliquid boni, & velle incipiamus, & facere, non dubitamus. cap. 32. de Eccl. dogm. n. 142

Auxilio Dei, non aufertur lib. arb. sed liberatur, vt de tenebroso lucidum, & de prauo, rectum, & de languido sanum, & de imprudente sit prouidum. c. 32. de Eccl. dogm. n. 142

Deus agit in nos, vt quod vult, velimus, & agamus, vt & nos cooperatores simus gratiæ Dei. c. 32. de Eccl. dogm. n. 142.

Dei bonitas tanta est erga omnes homines, vt nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius, & pro his, quæ largitus est, æterna præmia donaturus. c. 32. de Eccl. dogm. n. 142

Tom. 3.

Gratiam Dei posse conferri, si quis dixerit in vocatione humana, non autem ipsam gratiam facere, vt inuocetur a nobis, contradicit. Esaiæ Prophetæ, & Apostolo. cap. 40. de Ecclesijs dogmatibus. n. 143.

Voluntatem nostram, si quis dixerit, vt à peccato purgemur, Deum expectare contendit, non autem, vt etiam purgari velimus per sancti spiritus infusionem in nobis fieri confitetur, resistit ipsi spiritui sancto. c. 41. de Eccl. dogm. n. 143

Hominem, nihil posse sine Deo cap. 44. lib. de Eccl. dogm. n. 143.

Si quis dixerit sine gratia Dei, credentibur, volentibus, nobis misericordiam, dicit conferri diuinitus, non autem, vt credamus, velimus, vel hæc omnia, sicut oportet, agere valeamus, per infusionem, & inspirationem spiritus sancti in nobis, fieri confitetur, &c. resistit Apostolo. c. 44. de Eccl. dogm. n. 143.

Natura humana etiam si in illa integritate, in qua est condita permanere, nullo modo seipsam, creatore non adiuuante seruaret. c. 47. de Eccl. dogm. n. 144

Salutem homo sine Dei gratia, si non posset custodire, quam accepit, quomodo sine Dei gratia poterit reparare, quod perdidit? c. 47. de Eccl. dog. n. 144.

Volentes iustificari, à gratia exciderunt, si in lege iustitia, non est, aliter Christus gratis mortuus esset. c. 48. de Ecclesiis dogmatibus. n. 144.

Genus humanum sit inclinatum, vt nullus postea, aut diligere Deum; aut credere in Deum, aut operari, propter Deum, quod bonum est, possit, nisi cum gratia misericord,æ diuinæ, præuenerit, prædicare, & credere debemus, & hoc per peccatum, primi hominis. cap. 49. de Eccl. dogm. n. 144

Gratia baptismi accepta, secundum fidem catholicam credimus, cum baptizati, Christo auxiliante, & cooperante, quæ ad salutem animæ perti-

pertinent, possunt, & debēt, si fideliter laborare velint, implere. c. 50. de Eccl. dogm. n. 144.

Meritis, nullis bonis præcedentibus Deus, & fidem, & amorem prius inspirat, vt & baptismi sacramenti fideliter requiramus, & post baptismum, cum ipsius adiutorio, ea, quæ sibi sūt placita, implere possimus, non tamen nos incipimus, vt male aliqui opinantur. c. 51. de Eccl. dogm. n. 144

Nullus saluatur, nisi Deo auctore. cap. 56. de Eccl. dogm. n. 145.

Lib. arb. rationalis creatura potest vertere ad malum nō autem ad bonum, sine adiutorio Dei. cap. 52. de eccl. 2 n. 145.

Angeli qui in illa, qua creati sunt beatitudine, perseuerāt non natura, possident bonū, vt numerentur cum cæteris sed arb. seruantes bonam voluntatem, & fidem suo domino. c. 59. de eccl. t. 9. n. 145.

Cogitationes nostræ male non semper diaboli instinctu excitātur, sed aliquoties ex nostri arb. motu emergunt, bone autem cogitationes sēper à Deo sunt. c. 82. de ecc. dog. 3. n. 147.

Adiumento propositi, per Dei gratiam acquirimus sanctitatem, non autem viribus naturæ humanæ. c. 84. de Eccl. dogm. n. 147

Gratiam dedit nobis Deus, non quia digni eramus, sed quia voluit, hoc cognoscentes, nō fidentes in nobis, erimus, & hoc est infirmari. c. 1. lib. 1. de trin. n. 210

Homo, & anima, & corpore mortuus est anima propter peccatum, corpore propter pœnam peccati, & per hoc &c. c. 2. lib. 3. de Trin. n. 211.

Anima Deo deserente, moritur, sicut & corpus, anima deserente moritur, vnde illa fit insipiens, hoc ex animę. c. 2. lib. 4. de Trin. n. 211

Corpus tanquam exterior homo, quanto est hæc vita diutuanior, tanto magis, magisque corumpitur, cuius resurrectio defertur in finem cū iustificatio nostra perficietur

Tom.3.T

tur ineffabiliter. c.2.lib.4.de Trin. n. 211

Animæ, & corporis mortem in vna sententia perstrinxit Dominus dicens, sine mortuos sepellire mortuos, mortuos scilicet anima, sepellire mortuos corpore. c.3. lib.4. de Trin. n 212

Hominis interioris crucifixio pœnitẽtiæ dolores intelligũtur, & continentiæ, quidam salubris cruciatus, per quam mortem mors impietatis perimitur, in qua nos non derelinquit Deus, ex qua euacuatur peccatum. c.2.lib. 3. de Trin. n. 212

Homines quidam se putant ad contemplandum Deum, & inhærendum Deo, virtute propria posse purgari, quos ipsa superbia, maxime maculat, ex quo accepit ius ille superbissimus spiritus. c. 15. lib. 4. de Trin. n. 218

Opera bona maximè in officijs misericordiæ frequentari solent, opera vero misericordiæ, nihil prosunt, siue Paganis, siue Iudeis, qui Christo non credunt, siue quibuscũque Hæreticis, vel Schismati

Tom.3.

cis, vbi fides; & dilectio, & sobria sanctificatio non est, nec inuenitur. c.7.lib.12. de Trin. n.282

Gratiam conditoris vocãtis ad pœnitentiam, & peccata donantis, nisi adiuuetur homo grauatus animus peccato redire non potest. c.11.lib.12. de Trin. n. 283

Fidem, qui habent fideles vocantur, & qui non habent, infideles, sicut qui filium Dei non receperunt. c.2.lib. 13. de Trin. n. 289

Bona quæcunque, & maximè quibus, quisque beatus non possunt inueniri, nisi à Deo, in homines veniant, & homini accedant. cap.7. lib.13. de Trin. n. 292

Merita quę dicuntur nostra dona Dei sunt. c.10. de Tri. 294

Dona Dei hęc, scilicet quãdo est Iesus resurrectione clarificaturus, sũt merita nostra, quibus ad summum bonum immortalitatis, & beatitudinis peruenimus. c.10. lib. 13. de Trin. n. 294

Iustificati sumus in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum, cum inimici essemus &c.

Tom. 3.

&c. salui erimus in vita ipsius c. 13. lib. 13. de Trin. n. 294

Filius Dei immutabiliter bonus, in se manens, quod erat, & à nobis, & pro nobis accipiens, quod non erat, præter animæ suæ detrimentum nostrum dignatus inire consortiũ prius sine vllo malo suo, mala nostra perferret, ac sic iam credentibus, quantum nos diligat Deus, & quod desperabamus, iam sperantibus, dona in nos sua, sine vllis bonis meritis nostris: immo malis præcedentibus, & malis meritis nostris indebita largitate conferret. c. 11. lib. 13. de Trin. n. 294

Iustificati sumus in sanguine Christi, quem sine vllo debito occidit in remissionem peccatorum nostrorũ solũ à debito mortis liber est mortuus. c. 13. lib. 13. de Trin. n. 296.

Deo nec inimici, nisi quemadmodum iustitiæ sunt inimica peccata, quibus remissis, tales inimicitiæ finiuntur, & reconciliantur iustæ quos ipse iustificat quos, et dilexit. cap. 17. de Trinit. nu.

Tom. 3.

298.

Hominis prima curatio est languoris causam remouere, per quod fit indulgentia peccatorum. secunda, ipsum languorem sanare paulatim proficiendo. psal. 102. c. 17. lib. 13. de Trin. n. 313

Meritum hominis gratia est cuius præmium erit beatitudo eius, iustitiam quippe dare sibi non potest, quam perditam non habet, hanc homo cum conderetur accepit, & peccando perdidit. c. 15. lib. 13. de Trin. n. 311

Christus accepit spiritum sanctum, & homo, & effudit, vt Deus. c. 20. lib. 15. de Trin. &c. n. 337

Opera à quibus requieuit die septimo, remota sunt, à sensibus nostris, & vsu cognitionis humanæ prius ex diuina auctoritate credenda sũt deinde per hæc quæ nota sunt, vtcunque noscenda diuinitus adiutus. c. 1. lib. 12. de Genesi ad litteras. n. 406

Anima humana, nec sic credenda erat esse cepisse, in aliquo actu meritorum suorum, nisi ex quo propria cepit gere-

re

Tom. 3.

re vitam. cap.8.lib. 7. de Geneſ. ad litteram. n. 423.

Deus qui creat hominem, vt homo ſit: ipſe operatur hominem, atque cuſtodit, vt etiam bonus ſit, atque beatus. cap. 10. lib.8. de Geneſ. ad litteram. n. 436

Deus operatur hominem, vt pius, ſapienſque ſit, eumque cuſtodire, quod homo ſua poteſtate in ſe tutus eſſe nō poteſt. c. 10, lib.8. de Geneſi ad litteram. n. 436

Homo nihil poteſt ſine Deo. c. 12. de Geneſ. ad litteram. n. 437.

Homo præſentia Dei iuſtificatur, illuminatur, & beatificatur operante, & cuſtodiente Deo, dum obedienti ſubiectoq; dominatur; Deus enim operatur, illum iuſtificando. cap. 17. lib.8. de Geneſ. ad litteram. n. 437

Homo factus aliquid agere bene, tanquam ex ſeipſo non poteſt; neque aliquid eſt, ſed tota eius actio bona eſt, conuerti ad eum à quo factus eſt, & ab eo iuſtus, pius, ſapiens, beatuſque ſemper fieri. cap. 12. lib.8. de Geneſ.

Tom. 3.

ad litteram. n. 437

Voluntas propria fieri non poteſt, vt non grandi ruinæ pondere ſuper hominem cadat, ſi eam voluntati ſuperioris extollendi præponat. c. 14. lib.8. de Geneſ. ad litteram. n. 438.

Deus voluntatibus præeſt, vt ſine ſuo iuſſu, vel permiſſu nihil faciant. cap. 24. lib. 8. de Geneſi ad litteram. n. 441.

Natura vniuerſitatis corporalis, non adiuuatur extrinſecus carnaliter neque, extra eum vllum corpus, aliter non eſſet vniuerſitas, intrinſecus autem adiuuatur, Deo id agente, vt omnino natura ſit. c. 24. lib. 8. de Geneſ. ad litteram. n. 441

Spiritualis creatura, ſi perfecta, atque beata eſt, ſicut Angelorum, ſanctorum, quantum attinet ad ſeipſum, quo ſit, ſapienſque ſit, non niſi intrinſecus incorporaliter adiuuetur intus, ei quippe loquitur Deus miro, & ineffabili modo. cap. 25. lib. 8. de Geneſi ad litteram. n. 442.

Tom. 3.

&c. salui erimus in vita ipsius c. 13. lib. 13. de Trin. n. 294

Filius Dei immutabiliter bonus, in se manens, quod erat, & à nobis, & pro nobis accipiens, quod non erat, præter animæ suæ detrimentum nostrum dignatus inire consortiū prius sine vllo malo suo, mala nostra perferret, ac sic iam credentibus, quantum nos diligat Deus, & quod desperabamus, iam sperantibus, dona in nos sua, sine vllis bonis meritis nostris: immo malis præcedentibus, & malis meritis nostris indebita largitate conferret. c. 11. lib. 13. de Trin. n. 294

Iustificati sumus in sanguine Christi, quem sine vllo debito occidit in remissionem peccatorum nostrorū solū à debito mortis liber est mortuus. c. 13. lib. 13. de Trin. n. 296.

Deo nec inimici, nisi quemadmodum iustitiæ sunt inimica peccata, quibus remissis, tales inimicitiæ finiuntur, & reconciliantur iustæ quos ipse iustificat quos, et dilexit. cap. 17. de Trinit. nu.

Tom. 3.

298.

Hominis prima curatio est languoris causam remouere, per quod fit indulgentia peccatorum. secunda, ipsum languorem sanare paulatim proficiendo. psal. 102. c. 17. lib. 13. de Trin. n. 313

Meritum hominis gratia est cuius præmium erit beatitudo eius, iustitiam quippe dare sibi non potest, quam perditam non habet, hanc homo cum conderetur accepit, & peccando perdidit. c. 15. lib. 13. de Trin. n. 311

Christus accepit spiritum sanctum, & homo, & effudit, vt Deus. c. 20. lib. 15. de Trin. &c. n. 337

Opera à quibus requieuit die septimo, remota sunt, à sensibus nostris, & vsu cognitionis humanæ prius ex diuina auctoritate credenda sūt deinde per hæc quæ nota sunt, vtcunque noscenda diuinitus adiutus. c. 1. lib. 12. de Genes. ad litteras. n. 406

Anima humana, nec sic credenda erat esse cepisse, in aliquo actu meritorum suorum, nisi ex quo propria cepit gere-

re

Tom. 3.

re vitam. cap.8.lib. 7. de Geneſ. ad litteram. n. 423.

Deus qui creat hominem, vt homo ſit: ipſe operatur hominem, atque cuſtodit, vt etiam bonus ſit, atque beatus. cap. 10. lib.8. de Geneſ. ad litteram. n. 436

Deus operatur hominem, vt pius, ſapienſque ſit, eumque cuſtodire, quod homo ſua poteſtate in ſe tutus eſſe nō poteſt. c.10,lib.8. de Geneſ. ad litteram. n.436

Homo nihil poteſt ſine Deo. c. 12. de Geneſ. ad litteram. n.437.

Homo præſentia Dei iuſtificatur, illuminatur, & beatificatur operante, & cuſtodiente Deo, dum obedienti ſubiectoq; dominatur;Deus enim operatur,illum iuſtificando. cap. 17. lib.8. de Geneſ. ad litteram. n. 437

Homo factus aliquid agere bene, tanquam ex ſeipſo non poteſt; neque aliquid eſt, ſed tota eius actio bona eſt, conuerti ad eum à quo factus eſt,& ab eo iuſtus,pius, ſapiens, beatuſque ſemper fieri. cap.12.lib.8.de Geneſ.

Tom. 3.

ad litteram. n. 437.

Voluntas propria fieri non poteſt, vt non grandi ruinæ pondere ſuper hominem cadat, ſi eam voluntati ſuperioris extollendi præponat. c.14. lib.8. de Geneſ.ad litteram. n. 438.

Deus voluntatibus præeſt, vt ſine ſuo iuſſu, vel permiſſu nihil faciant. cap. 24. lib. 8. de Geneſi ad litteram. n.441.

Natura vniuerſitatis corporalis, non adiuuatur extrinſecus carnaliter neque, extra eum vllum corpus, aliter non eſſet vniuerſitas,intrinſecus autem adiuuatur, Deo id agente, vt omnino natura ſit. c. 24.lib. 8. de Geneſ.ad litteram. n. 441

Spiritualis creatura,ſi perfecta, atque beata eſt, ſicut Angelorum, ſanctorum, quantum attinet ad ſeipſum, quo ſit, ſapienſque ſit, non niſi intrinſecus incorporaliter adiuuetur intus, ei quippe loquitur Deus miro, & ineffabili modo. cap. 25. lib. 8. de Geneſi ad litteram. n.442.

Tom. 3.

Deus habet in ſeipſo abſconditas cauſas, quorundam factorum, quas rebus conditis non inſerit, eaſque implet, non illo opere prouidentiæ, quo naturas ſubſtituit, vt ſint, ſed illo, quo eas adminiſtrat, vt voluerit, quas, vt voluit condidit, ibi eſt, & gratia, per quam ſalui fiunt peccatores. c. 18. lib. 9. de Geneſi ad litteram. n. 451

Homo quod attinet ad naturam deprauatam recurſum, per ſemetipſum non habet, ſed per Dei gratiam, qua adiuuatur, inſtauraturque. c. 8. lib. 9. de Gen. ad litteram. n. 451.

Gratia ſalui facti eſtis, per fidem, & hoc non ex vobis, ſed donum Dei eſt, non ex operibus nè fortè, quis extollat ſe: ipſius enim ſumus figmentum creatum, in Chriſto Ieſu, in operibus bonis. c. 6. lib 10. de Geneſ. n. 455.

Gratia Dei intus reformamur, & renouamur: omnium enim hominum viuentium, ſecundum terrenum hominem de ſua vanitate præſumentium, quodammodo auferetur ſpiritus proprius, cum exuunt veterem hominem, & infirmantur, vt perficiantur expulſa ſuperbia. c. 8. lib. 10. de Geneſi n. 456.

Tom. 3.

Animas quidem Deum corporibus hominum nouas dare ſigillatim ad hoc, vt in carne peccati, de originali peccato veniente rectè viuendo carnales concupiſcentias ſub Dei gratia ſubigendo meritum comparent, quo cum ipſo corpore in melius transferantur tempore reſurrectionis, & in Chriſto in æternum viuant. cap. 14. lib. 10. de Geneſ. ad litteram. n. 459.

Homo poteſt per voluntatem bonam eligere vitam bonã, quod quidem non poterit: niſi adiuuerit gratia Dei per mediatorem, hoc ſi neglexerit homo, non tantum ſecundum carnẽ, ſed etiã ſecundum ſpiritum erit Adam. c. 14. lib. 10. de Geneſ. ad litteram. n. 459

Intellectus diuinitus adiutus, iudicat, quæ vel quanta ſint

Tom. 3. T

sint in quibus etiam aliud putare, quam est non sit animę pernicioſum. cap. 14. lib. 12. de Geneſi ad litteram. n. 488.

Cognitio, & actio, dona ſunt Dei, & beatum hominem faciunt, & ſicut in agnitione cauendus eſt error, ſic in actione cauenda eſt nequitia. c. 17. de Agone Chriſtiano. n. 545

Veritatem qui putat cognoſcere poſſe, errat, cum adhuc nequiter viuat, nequitia eſt, iſtum mundum diligere, & ea, quæ naſcuntur, & tranſeunt, pro magno habere, & ea concupiſcere, & pro his laborare, vt acquirantur. c. 13. de Agone Chriſtiano. n. 545.

Deus operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate. Phil. 2. c. 2. de Spiritu, & littera. n. 572

Hominem nullum hic viuentē, quamuis vtatur lib. arb. inueniri ſine peccato, ſi teſtimonia ſcripturarum accipimus, non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. c. 2. de Spiritu, & littera.

Tom. 3. T

n. 573.

Vehementer, ac acerrime reſiſtendum eſt illis, qui putant ſine adiutorio Dei, per ſeipſam vim voluntatis humanæ vel iuſtitiam poſſe perficere, vel ad eam tendendum proficere. c. 2. de ſpiritu & littera n. 572

Voluntatem humanam, ſic diuinitus adiuuari ad faciendam iuſtitiam, vt præter quod creatus eſt homo cum lib. arb. voluntatis, accipiat ſpiritum ſanctum, quo fiat in animo eius delectatio, dilectioque ſummi illius boni c. 3. de ſpiritu, & littera. n. 572

Lib. arb. quicquam, niſi ad peccandum valet. Si latet veritatis via, charitas Dei diffunditur in cordibus noſtris, non per lib. arb. ſed per ſpiritū ſanctum, qui datus eſt nobis. c. 3 de ſpiritu, & littera. n. 572

Bene viuere donum Dei eſt, nō tantū, quia homini Deus dedit lib. arb. ſine quo nec male, nec bene viuitur, nec tātum, quia præceptum dedit, quo docet, quemadmodum ſit viuendum, ſed quia per ſpiritum ſanctum diffun

dit charitatem in cordibus eorum. 4. de Spir. & littera. n. 573.

Peccato, qui mortui sumus, quomodo in eo? hoc est cū id præstiterit gratiam, vt mo reremur peccato, quid aliud faciemus, si viuemus in eo; nisi vt gratiæ simus ingrati. cap. 6. de Spiritu, & littera. n. 573.

Lex subintrauit, vt abundaret peccatum, seu delictum, vt eo modo conuictus, atque confusus videret, non tantum doctorem sibi esse necessarium venturum adiutorem Deum, à quo eius itinera dirigantur, nè dominetur ei omnis iniquitas, & confugiendo ad opem misericordiæ sanetur. c. 6. de Spiritu, & littera. n. 574

Quicunque faciebant, quod lex iubebat, non adiuuante spiritu gratiæ timore pœnæ faciebant: non amore iustitiæ, ac per hoc coram Deo, non erat in voluntate, quod coram hominibus apparebat in operè: potiusque ex illo rei tenebantur, quod eos nouerat Deus, mallet si fieri

posset impune committere. cap. 8. de Spiritu, & littera. n. 575.

Iustificari caro potest coram hominibus, sed non coram Deo, qui cordis ipsius, & intimè voluntatis inspector est, vbi videt etiam si aliud faciat, qui legem timet, quid tamen mallet facere si liceret. c. 8. de Spiritū, & litt. n. 575.

Iustificabitur nemo ex lege, & iustitia Dei, sine lege manifestata, testificata est per legē, & Prophetas, non qua Deus iustus est, sed qua induit hominem. c. 9. de spiritu, & litt. n. 576.

Iustificati gratis per gratiam ipsius, non itaque iustificati per legem, non iustificati per propriam voluntatem, sed gratis per gratiā ipsius, non quod sine voluntate nostra fiat, sed voluntas ostenditur infirma per legem, vt sanet gratia voluntatem, & sanata voluntas impleat legem non constituta sub lege, nec indigens lege. cap. 9. de Spiritu, & littera. n. 576.

Iusti-

Iustificati gratis, per gratiam, nullis suorum operum præcedentibus meritis, alioquin gratia iam non esset gratia; quandoquidem ideo datur, non quia bona opera fecimus, sed vt ea facere valeamus, id est, non quia legem impleuimus, sed vt legem, implere possimus. cap. 10. de Spiritu, & litter. n. 576.

Iustificati gratis per gratiam Dei per redemptionem, quæ est in Christo Iesu. cap. 13. de Spiritu, & littera. &c. n. 578.

Volentes iustitiam suam constituere; iustitiæ Dei non sunt subiecti: c. 12. de Spir. & litt. n. 578.

Iustificati non lege hominum, sed lege Dei, & fidei, non littera, sed spiritu, non factorum meritis per eos, sed gratuita gratia. cap. 13. de Spiritu, & litter. n. 579.

Error vide inf. post 636. 582

Anima facultatem, & quasi instrumenta cognoscendi, & diligendi habet ex natura, cognitionem tamen veritatis & ordinem dilectionis nequaquam, nisi ex gratia facta, siquidem à Deo mens rationalis, sicut eius imaginem suscepit, ita cognitionem, & amorem. cap. 7. de Spiritu, & anima. n. 606.

Liberi arb. libertas manet ad querēdā salutem id est ratio nis voluntas, sed admonente prius Deo inspirante ad salutem, vt ergo acquiescamus salutari inspirationi, nostræ potestatis est, vt adipiscemur quod adipisci desideramus diuini est numeris, vt non labamur adepto salutis munere nostre solicitudinis & cælestis adiutorij est, vt labamur nostræ potestatis est, & ignauiæ. c. 48. in cōpendio n. 613. licet iste numerus reperiatur. c. 7. & 18. de Spir. & anima. num. 631 alias 613.

Animas esse duas in vno homine, sicut multi dicunt, non credimus, sed dicimus vnam eandemque animam esse in homine, quæ corpus informat, & arb. libertatem habet, vt in sua substantia eligat,

gat, quod vult. c. 48. de Spi. & anima. n. 631

Anima vt acquiescat salutari inspirationi, tuæ potestatis est, vt adipiscatur, quod adipisci desiderat; diuini numeris est, vt non labatur adepto salutis munere, solitudinis suæ est, & cælestis adiutorij, vt labatur potestatis eius est & ignauiæ. c. 48. lib. de Spir. & anima. n. 631

Vnxit me oleo letitiæ, quo ipse Christus vnctus erat, vt ab vncto essem vnctus, & à Christo dicerer Christianus, & sic gratia eius præuenit me. c. 7. de Spiritu, & anima. n. 613.

Anima viuit naturali vita, et si spirituali vita non viuat, sed talis vita, mors est, potius, quam vita, mors peccatorũ pessima. c. 36. de Spir. & anima. n. 624.

Anima est vita corporis, & Deus est vita animæ, immortalis est anima, quia carne caret, nec habet, quo cadat, vt resurrectione egeat post ruinam, nisi peccato ceciderit. c. 43. de Spir. & anima. n. 638

Gratia, & misericordia Dei sẽper me præuenerunt. de Spi. & anima c. 10. n. 693

Homines, & omnes nos inualidi sumus ad bonum nec sine Dei gratia bonum facere, vel in aliquo bono perseuerare possumus c. 53. de Spi. & anima n. 634.

Homo est cinis, quia sicut cinis nec profert germen ex se, nec susceptus semen germinat; sic homo, nec bonum facere, nec in aliquo bono perseuerare potest sine gratia. c. 53. de Spir. & ani. n. 634

Homo quicquam mali non fecit Deo miserante non fecit. c. 53. de Spi. & ani. n. 634

Animæ vita Deus, mors animę peccatum est, anima namq; quæ peccauerit, ipsa morietur, quæ autem iustitiam fecerit viuet. c. 56. de Spiritu. & anima. n. 636

Error vt supra. n. 582

De Spiritu, & littera, & ibi sũt auctoritates apponendæ de Spiritu, & littera.

Spiritus Domini, vbi est, ibi libertas, hanc autem ministrationem non ex meritis nostris, sed ex misericordia Dei est. c. 17. de Spi. & lit. n. 582

Iu-

Tom. 3. To.

Iustos nos esse, nisi possit fieri gratia Dei, quia legem dedit, quia doctrinam instituit, quia bona præcepta mandauit? Illa enim sine adiumento spiritu, proculdubio est littera occidens, cum vero adest spiritus viuificans hoc ipsum intus conscriptum facit diligi, quod foris scriptum lex faciebat timeri. cap. 19. de Spiritu, & littera. n. 583.

Lex data est, vt lex impleretur: neque enim suo vitio non implebatur lex, sed vitio prudentiæ carnis. cap. 19. de Spiritu, & littera. n. 583.

Deus promittit, quod ipse facit; non enim promittit ipse, & alius facit, quod iam non est promittere, sed prædicare: ideo non ex operibus, sed ex vocante Deo, nè ipsorum sit, & non Dei. Nè merces non imputetur, secundum gratiam, sed secundum debitum, atque ita gratia, iam non sit gratia, diuus vehemens defensor est Apostolus. c. 23. de Spiritu & littera. n. 585.

Auerfi absolescere meruerunt,

Tom. 3. To.

reuocari autem, nisi gratia Christiana, idest mediatoris, intercessione non possunt. c. 28. de Spiritu, & littera. n. 589.

Ignorantes Dei iustitiam, & suã volentes constituere iustitiã Dei nõ sunt subiecti. Finis enim legis, Christus ad iustitiam omni credẽti. c. 29. de spiritu & littera. n. 590.

Lib. arb. per gratiam non euacuamus, sed magis statuimus sicut lex per fidẽ sic lib. arb. per gratiam non euacuatur, sed nascitur. c. 30. de spiritu & littera. n. 590.

Lex non impletur, nisi per lib. arb. sed cognitio peccati, per fidem impetratio gratiæ, contra peccatum per gratiã, sanatio animæ à vitio peccati per animę sanitatem, libertas arb. per lib. arb. dilectio per iustitiam dilectionẽ legis operatio. c. 30. de spiritu & littera. n. 590.

Velle, & posse duo sunt, vnde nec qui vult cõtinuo potest, nec qui potest, cõtinuo vult, quia sicut volumus, aliquando non possumus, sic aliquando possumus quod nolumus.

Tom. 1.

lumus. c. 31. de spiritu, & littera. n. 591

Voluntas, qua credimus, etiam donum Dei est; non autem ex illo naturaliter insita lib. adhibeatur arb. aliter meminendum est, nè existimemus inuenisse nos aliquid, si vero est donum Dei infidelis, &c. c. 33. de spiritu, & littera. n. 593

Voluntatem, qua credit homo Deo, dici potest homo non habere, quam non acceperit, quandoquidem vocante Deo surgit de lib. arb. quod naturaliter cum creatur accipit. c. 33. de spiritu, & litt. n. 593

Velle, & credere operatur Deus in homine, & pie omnibus misericordia eius præuenit nos consentire autem vocationi Dei, vel ab ea dissentire propriæ voluntatis est. c. 34. de Spi. & lit. n. 594

Homo sine peccato potest esse in hac vita per Dei gratiam, & lib. arb. eius, ipsum quoq; lib. arb. ad Dei gratiam, id est ad Dei dona pertinere, non ambigens, quæ gratia ad faciendā mandata est, vt con-

Tom. 3.

uertatur adiuuet. c. 35. de Spi. & littera. n. 595

Homo, si quid habet iustitiæ non de suo, sibi esse præsumere debet, sed de gratia iustificantis Dei, & adhuc tamen abillo esurire, & sitire iustitiam, qui panis viuus apud quem est fons vitæ. c. 35. de Spir. & lit. &c. n. 597

Deū nullatenus æqualiter omnes. Angeli, vel animæ sanctorum, vel nunc vident, post resurrectionem videbūt; sed secundum donatoris dispensationem, & meritorū qualitatem, vnusquisque tamen sufficientem in eius visione suis meritis habebit beatitudinem, nec plus quæret, quam habebit, nec se minus habere, quam volet dolebit. quæstiuncula. 16. n. 738

Peccatores, & impij dona Dei habent, per eum, qui illuminat omnem hominem veniētem in hunc mundum, in eo enim sumus, mouemur, & viuimus lib. quæstiuncularum de Trin. n. 738

Homo suę potestatis creatus auctor, & ipse sibi auctor esset ad vitam, siue ad mortē,

si verò

Tom. 3.

si verò necessitati esset subiectus, tunc nec boni operis haberet gloriam, nec mali pœnam, sed esset, quasi vnus ex peccatoribus. lib. quæstiuncularum de Trin. n.139.

Ad cælestis Ierusalem non ascendunt consortium: nisi qui toto corde profitentur, non proprij operis, sed diuini esse muneris, quod ascendunt. sententia 31. lib. sententiarum. n.745

Omnis sancti ædificij status, sicut Deo operante, proficit, ita Deo custodiente, cõsistit, sententia. 36. lib. sententiarum. n.745

Lex data est, vt gratia quæreretur: neque enim suo vitio non implebatur, sed vitio prudentiæ carnis, quod vitium per legem demonstrandum, per gratiam sanandum fuit. sent. 44. lib. senten. n.446.

Deus hoc promittit, quod ipse facit, non ipse promittit, & alius facit, quod iam non est promittere, sed prædicare. sent. 45. lib. senten. n.746.

Tom. 3.

Non ex operibus, sed ex veritate vocante, nè ipsorum non sit, nõ Dei, merces non imputetur, secundum gratiam, sed secundum debitum, atque gratia, non iam gratia, sit. sent. 43. liber senten. n.746.

Deus tales nos amat, quales futuri sumus, ipsius dono, nõ quales nostro merito. sent. 56. lib. sententiarum n.746

Gratiæ dona duo sunt, vnum aufert carnis cupiditatem, aliud, quod facit virtutem animæ perseuerare. senten. 131. liber sententiarum. n.748.

Bonum cum operaris, hilaris operare, quia si quid boni tristis feceris, fit de te magis, quam facis. sent. 115. lib. sent. n.747.

Homo ad peccandum abundat propria facultate, ad agendum autem, bonum non sufficit, nisi ab illo iustificetur, qui solus iustus est. sent. 121. liber senrentiarum. n.747.

Homo quo primum vitio superatur hoc vltimum vincit; cum enim omnia peccata

Tom. 3.

superauerit, manet periculum, nè sibi mens nihil conscientia in se potius, quam in Domino glorietur. sent. 139. n. 748

Voluntatis arbitrium tunc est verè liberum, cum vitijs, peccatisque non seruit, tale datum est à Deo, quod amissum; nisi à quo potuit dari, non potest reddi. Vnde veritas dicit, si vos filius liberauit, verè liberi eritis. sent. 152. liber sententiarum. n. 748.

Ciues terrenę ciuitatis, parit natura peccato vitiata; qui sunt vasa ire, ciues ergo cælestis patriæ parit à peccato naturam liberans, gratia, qui sunt vasa misericordiæ. sent. 156. lib. sententiarum. n. 749.

Sicut nō est à carne, sed supra carnem, quod eam facit viuere beatè, sic non est ab anima, sed supra animam, quod eam facit viuere beatę, quia vt vita carnis anima est, ita beata vita hominis Deus est, sent. 167. lib. sent. n. 749.

Non est desperandum de malis,

Tom. 3.

sed pro ipsis, vt boni fiant studiosius supplicandū, quia numerus sanctorum semper de numero impiorum auctus est. sententia 184. n. 749.

Nullus miser de qualicunque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordia præuenitur. sent. 211. n. 750

Opera non sunt bona, nisi quæ per fidem, & dilectionem fiunt, quia alterum sine altero nullius virtutis fructum parit. sententia 224. n. 750.

Adam mutatus est ab eo, quod formauit Deus, sed in peius, propter iniquitatem suam. Ab eo, quod operata est iniquitas, mutantur fideles, sed melius per gratiam Dei. Illa ergo mutatio est dexteræ excelsi. sentent. 225. n. 751.

Vitæ duæ sunt, vna corporis, altera animæ, sicut vita corporis anima: ita vita animæ Deus, & quomodo si anima deserat, moritur corpus, sic anima moritur, si deserat Christus eam. sent. 236. lib. sent. n. 751

Anima

Tom. 3.

Anima ſicut eſt vita corporis, ſic Deus eſt vita animæ, & ſicut moritur corpus, ſi anima illud deſiderat, ſic anima moritur ſi eam deſerit Chriſtus. ſent. 237. n. 751

Hominis arb. in primo homine patuit, quod valeret ad mortem, in ſecundo homine cum Dei adiutorium valeret ad vitam. ſent. 255. lib. ſententiarum. n. 752

Lex Dei per gratiam in cordibus ſcribitur, quæ legis ſunt, naturaliter fiunt, non quia per naturam præuenta ſit gratia, ſed quia per gratiam reparata eſt natura. ſen. 257. lib. ſent. n. 752

Homo factus erat immortalis, Deus eſſe voluit, non perdidit, quod homo erat, ſed perdidit, quod immortalis erat, & inobedientiæ ſuperbia contracta eſt pœna naturæ. ſent. 260. n. 752

Ac ſicut ex præſenti lumine non eſt factus lucidus, ſed fit, quia ſi factus eſſet, non autem fieret etiam abſente lumine lucidus permaneret, ſic homo præſente Deo illuminatur abſente autem tenebratur, à quo nō locorum interuallis, ſed voluntatis auerſione diſceditur. ſent. 285. liber ſententiarum. n. 753.

Tom. 3.

Merces debetur bonis operibus ſi fiant, ſed gratia, quæ non debetur præcedit, vt fiant. 297. liber ſentent. n. 754.

Deus quidem mundum fecit, & corpora prorſus omnia, ſed vt corpus corruptibile aggrauet animam, & caro concupiſcat aduerſus ſpiritum, non eſt præcedens natura hominis inſtituti, ſed conſequens pœna peccati. ſent. 304. n. 754

Fidem poſſe habere, ſicut poſſe charitatem, non eſt naturę hominum, ſed gratiæ eſt fidelium ſent. 315. lib. ſent. n. 754

Gratiā dedit ille, qui dedit legē, ſed legem per ſeruum miſit: cum gratia ipſe deſcendit, & quia lex oſtendit; peccata non tollit, volens ſuis viribus legem exequi, nec valentes, cogantur ad gratiam. ſent. 320. n. 754

Non merita hominum, ſed ad

Tom. 3.

Dei misericordiam peruenit, cum ex illa massa primi hominis, cui mors merito debetur, quisque liberatur. sent. 307. liber sententiarum. n. 754

Natura humana, & si in illa integritate in qua condita est, maneret, nullo modo seipsã creare suo non adiuuante seruaret: vnde cum sine Dei gratia salutem non posset seruare quam accepit: quomodo sine Dei gratia potest recuperare, quod perdidit. sent. 307. n. 754

Iustitiam, quam donat gratia, sine meritis nesciunt illi, qui suam iustitiam volunt constituere, & ideo iustitiæ Dei, qui Christus est, non sunt subiecti. c. 24. lib. 21. de Ciu. n. 453.

Deus est omnibus beatis tanquam vita, victusque communis, qui lib. arb. eodem intellectus naturæ tribuit tale, vt si vellet deserere Deū beatitudinem, scilicet suam continua miseria esset secuta. c. 1. lib. 22. de Ciuit. Dei. n. 460.

Deus est, qui operatur in nobis velle. & operari. cap. 1. lib. 22. de Ciuitate Dei. n. 461.

Gratia saluatoris sola liberat ab omnibus miserijs huius seculi cuius nomen est ipse Iesus Christus; Dominus noster, qui interpretatur saluator, maximè, nè post hanc miserior, sempiterna suscipiat, non vitam, sed mortem. c. 22. lib. 22. de Ciuit. Dei. n. 480.

Caro in sanctis non desinit con-

Tom. 5.

cupiscere aduersus spiritum, & aduersus carnem, spiritus, vt non ea, quæ volumus faciamus, omnem malam concupiscentiam consumendo, sed eam nobis, quantum diuinitus adiuti possumus non consentiendo subdamus. c. 27. lib. 22. de Ciu. Dei. n. 481

Tom. 6.

HAeresis Pelagianorum, & Cælestianorum, qui nihil tribuebant adiutorio Dei gratiæ, sed ad hoc dari hominibus, vt quæ facerēt, per lib. arb. facilius possint, implere per gratiam. hæresis 88. Pelagij, & Cæleſt. n. 21.

Gratiam, sine qua, nihil boni facere possumus, non esse dicunt Pelag. & Cæleſt. nisi in lib. arb. quod nullis suis præcedentibus meritis ab illo accepit nostra natura, ad hoc tantum ipso adiuuante per suam legem, atque doctrinā, vt discamus, quæ facere, & sperare debemus. hæresis Pelag. 88. n. 21

Pela-

Tom. 6.

Pelagius in episcopali iudicio Palæstino damnari metuens damnare compulsus est, sed in posterioribus suis scriptis, hoc inuenitur. lib. de hæresib. Pelagianis. n. 21

Gratiam, sine qua nihil boni facere possumus non esse dicũt Pelagiani: nisi in lib. arb. quod nullis suis præcedẽtibus meritis, ab illo accepit nostra natura, ad hoc tantum ipso adiuuante, per suam legem, atque doctrinam, vt discamus, quæ facere, & quæ sperare debemus. lib. de hæresibus Pelag. n. 21

Genus humanum tanquam pauperem, & pupillum commendat scriptura diuina dicens Deo; tibi derelictus est pauper, & pupillo tu eris adiutor. c. 3. lib. contra Iudæos Paganos. &c. n. 36

Iustitia Dei quædam operatur per malos, nescientes, quædam per scientes bonos. c. 1. contra Epistolam Manichæi. n. 78.

Animæ rationali, quæ est in homine, dedit Deus lib. arb, sic enim posset habere merita, si voluntate, non necessitate boni essemus lib. contra Fortunatum. n. 112

Peccatorem si nobis detur indulgentia, manifestum est, quod voluntate peccamus, non necessitate: satis enim stultum est, ignoscere ei, qui nihil, nihil mali fecit, qui nihil sua voluntate fecit. lib. contra Fortunatum. n. 112.

Arbor bona, vt arbor mala, idest homo quamdiu bonus est, non potest malos fructus facere, quamdiu malus est, non potest bonos fructus facere, & duas arbores posuit Dominus, vt significarentur lib. arb. non naturas esse, istas arbores, sed voluntates nostras, & sic omnis à Deo. bona facta est natura liber contra Fortunatum. n. 116.

Iustificare seipsum hoc si esset, scilicet esse pauperem mitẽ, pacificum, &c. verbis suis quilibet homo volaret ad cẽlum, cum hæc loqueretur, sicut Faustus, & Constantius Romæ faciebat, & reprehendit eorum simulationem, c. 7. lib. 5. contra Faustum.

Tom. 6.

ſtum. n. 157

Animam omnem participatione lucis Dei, non per ſeipſam eſſe pulchram, & decoram virtute pollentem dicit. c. 13. lib. 12. contra Fauſtum Manich. n. 181

Præcepta hæc ſunt morum illa ſacramenta ſunt promiſſorū: hæc implentur per adiuuantem gratiam, illa per redditam veritatem, vtraque per Chriſtum. c. 18. lib. 19. contra Fauſtum. n. 244

Ignorantia vero, & infirmitas, vt vel neſciat homo, quid vel le debeat, vel non omne, quod voluerit poſſit, ex occulto pœnarum ordine venit, & illis inſcrutabilibus iudicijs Dei, apud quem non eſt iniquitas. cap. 78. lib. 22. contra Fauſtum. n. 301.

Lex data eſt hominibus ſuperbis, & viribus ſuis totum tribuentibus, vt cum implere non poſſent legem datam præuaricatores inuenirentur, & facti rei ſub lege peterent miſericordiam à legis conditore. c. 11. lib. 2. cont. Fœlicem. n. 358.

Tom. 6.

Anima ſi iterum pudeat erraſſe paratum inueniet miſericordiarum auctorem. Non enim punitur, quia peccauit, ſed quia de peccato non doluit, & ſi cum peccato recedat, tunc excludetur, & virgini ſtultæ comparabitur. c. 20. lib. 2. contra Fœlicem. n. 364.

Peccando iniuſtè aliqui nocent, & ſi voluntas iniuſta eis imputetur, poteſtas tamen, qua nocere permittuntur, non eſt niſi à Deo. c. 11. de natura boni. n. 384

Homines, & nos omnes ſumus inuiſibiles ſecundum animā, & viſibiles ſecūdum corpus & immortales ſecundum animam, & mortales ſecundum corpus. cap. 26. de fide contra Manich. n. 399

Homo vbi corde exaltatus contra Deum, ibi ab illo deſeritur, & in ſe tenebratur, & ſic neſcit, quid ſequatur, quoniam non à ſeipſo lumen eſt, ſed ab illo illuminatus. c. 15. lib. contra aduerſarium legis. n. 412

Lex quamus iuſta, & ſancta, & bona præuaricatoribus intulit

Tom. 7.

potest, sicut etiã potest vel ea, quæ legum coertionibus admonẽtur, non auferant lib. arb. c. 84. cont. Petil. n. 92

Deus pater quomodo attrahit, si dimittit, vt quis, quod voluerit eligat, & tamen, vtrumque verum est, sed intellectus hoc penetrare pauci valent. c. 84. lib. 2. cont. Petil. Aug. n. 92

Peccare nostrum est, sed non peccare, non est tantummodo nostrum sed ibi est adiutorium Dei, & tanquã fanis luminẽ oculis, quo adiuti videãmus præbere volentibus n. 110

Baptizati à perfidis, nec fidem, nec reatũ accipere possunt, ac eos in numero fidelium à vobis eorum deputari, nec conferre quemquam vestrũ, vt baptizetur &c. acceperunt itaque fidẽ non tamẽ ab eis, qui baptizarunt, sed à Christo c. 21. li. 3. cōt. Petil. n. 23

Iustus implet legem Christi, per dilectionem Christi: iniustus vero alienus est à lege Christi, potest tamen aliquid quod, & iustus implere, vt & ipse baptizet, sicut potest, & Dei mandata prædicare, sicut iusti, sed non secundum ea viuere, sicut iusti c. 4. lib. 3. cont. Crescen. n. 168.

Tom. 7.

Deus fecit hominem, & dimisit eum in manu arbitrij sui c. 11. lib. 2. contra Gaud. n. 232.

Charitatis ardor de sublimitate descendit gratiæ diuinæ, timor autem humilitatis, ex amore accidit laudis humanæ, & ideo ille certat per patientiam, hic autem peccat per impatientiam c. 23. lib. 2. contra Gaudentium. n. 241.

Fidem verè habet, verè spem habet, & verè charitatem habet, & Deum, qui propter veritatẽ, & vnitatem Christi, non dico foras, sed istam etiã vitam suam, aliis dum taxat auferentibus, atque interficientibus amittit c. 25. lib. contra Gaudentium. n. 243.

Opera sine charitate omnia sunt infructuosa, quæ prodest ad remissionem peccatorum, & ad sanctificationem vitæ c. 7. lib. 2. de bapt. n. 264.

Cul-

Culpantur, qui prohibent à malo, si modum peccati, modus coërtionis excedat; & qui turpè, atque inordinatè in eos coërcendos insiliunt, qui nulla sibi lege subiecti sunt. c. 17. de vnit. Ecclesia. n. 368.

Baptismus, quid valeat paruulis ex circuncisione carnis, quam prior populus accepit, quum acciperet iustificatus est Abraham, sicut Cornelios donum Spiritus sancti priusquam baptizaretur, datum est, dicit tamen Apostolus Rom 4. Signum accepit circuncisionis signaculum fidei iustitiæ, qui iam corde crediderat ei, deputatum illi est ad iustitiam. c. 23. lib. 4. de baptism. n. 290.

Boni fieri potest, vt faciant, & mali patiantur, non ideo nos cupidi rumus, nec ideo isti laudandi, quia tale aliquid patiuntur. c. 31. lib. contra Donatis. n. 420.

Iustificari in Christo, qui credunt in eum, propter occultam communicationem, & inspirationem gratiæ spiritualis; qua quisquis hæret Domino, vnus spiritus est cum eo. cap. 9. lib. 1. de mer. peccat. n. 444.

Mortis regnum sola in quo iubet homine gratia destruit saluatoris, quæ operata est etiam in antiquis sanctis, quicunque, antequam in carne Christus veniret, ad eius tamen adiuuantem gratiam, non ad legis literam, quæ iubere tantum non adiuuare poterant, pertinebant, quod occultabatur in veteri testamento. cap. 11. lib. 1. de merit. peccat. n. 445.

Peccata sola separant inter homines, & Deum, quæ soluuntur Christi gratia, per quem mediatorem reconciliamur, cùm iustificat impium. c. 20. lib. 1. de meritis peccatorum. n. 449.

Gratia Dei cur ad illum veniat, ad illum vero non veniat occulta esse causa potest, iniusta esse non potest. cap. 21. de meritis peccatorum. 450.

Paruum valde sensum vide n. 92 numero 450.

Iustitiam Dei humanis conie-

Tom.6.

Pelagius in episcopali iudicio Palæstino damnari metuens damnare compulsus est, sed in posterioribus suis scriptis, hoc inuenitur. lib. de hæresib. Pelagianis. n.21

Gratiam, sine qua nihil boni facere possumus non esse dicũt Pelagiani: nisi in lib. arb. quod nullis suis præcedẽtibus meritis, ab illo accepit nostra natura, ad hoc tantum ipso adiuuante, per suam legem, atque doctrinam, vt discamus, quæ facere, & quæ sperare debemus. lib. de hæresibus Pelag. n.21

Genus humanum tanquam pauperem, & pupillum commendat scriptura diuina dicens Deo; tibi derelictus est pauper, & pupillo tu eris adiutor. c. 3. lib. contra Iudæos Paganos. &c. n.36

Iustitia Dei quædam operatur per malos, nescientes, quædam per scientes bonos. c.1. contra Epistolam Manichæi. n.78.

Animæ rationali, quæ est in homine, dedit Deus lib. arb. sic enim posset habere merita, si voluntate, non necessitate boni essemus. lib. contra Fortunatum. n.112

Tom.6.

Peccatorem si nobis detur indulgentia, manifestum est, quod voluntate peccamus, non necessitate: satis enim stultum est, ignoscere ei, qui nihil, nihil mali fecit, qui nihil sua voluntate fecit. lib. contra Fortunatum. n.112.

Arbor bona, vt arbor mala, id est homo quamdiu bonus est, non potest malos fructus facere, quamdiu malus est, non potest bonos fructus facere, & duas arbores posuit Dominus, vt significarentur lib. arb. non naturas esse, istas arbores, sed voluntates nostras, & sic omnis à Deo. bona facta est natura. liber contra Fortunatum. n.116.

Iustificare seipsum hoc si esset, scilicet esse pauperem nitẽ, pacificum, &c. verbis suis quilibet homo volaret ad cẽlum, cum hæc loqueretur, sicut Faustus, & Constantius Romæ faciebat, & reprehendit eorum simulationem, c. 7. lib. 5. contra Faustum.

stum n.157

Animam omnem participatione lucis Dei, non per seipsam esse pulchram, & decoram virtute pollentem dicit. c.13.lib.12.contra Faustum Manich. n.181

Præcepta hæc sunt morum illa sacramenta sunt promissorū: hæc implentur per adiuuantem gratiam, illa per redditam veritatem, vtraque per Christum. c.18. lib.19. contra Faustum. n.244

Ignorantia vero, & infirmitas, vt vel nesciat homo, quid vel le debeat, vel non omne, quod voluerit possit, ex occulto pœnarum ordine venit, & illis inscrutabilibus iudicijs Dei, apud quem non est iniquitas. cap. 78. lib.22. contra Faustum. n.301.

Lex data est hominibus superbis, & viribus suis totum tribuentibus, vt cum implere non possent legem datam præuaricatores inuenirentur, & facti rei sub lege peterent misericordiam à legis conditore.c.11.lib.2.cont.Fœlicem. n.358.

Anima si iterum pudeat errasse paratum inueniet misericordiarum auctorem. Non enim punitur, quia peccauit, sed quia de peccato non doluit, & si cum peccato recedat, tunc excludetur, & virgini stultæ comparabitur. c.20. lib.2. contra Fœlicem. n.364.

Peccando iniustè aliqui nocent, & si voluntas iniusta eis imputetur, potestas tamen, qua nocere permittuntur, non est nisi à Deo. c. 11. de natura boni. n.384

Homines, & nos omnes sumus inuisibiles secundum animā, & visibiles secūdum corpus & immortales secundum animam, & mortales secundum corpus. cap. 26. de fide contra Manich. n. 399

Homo vbi corde exaltatus contra Deum, ibi ab illo deseritur, & in se tenebratur, & sic nescit, quid sequatur, quoniam non à seipso lumen est, sed ab illo illuminatus. c.15.lib.contra aduersarium legis. n.412

Lex quamuis iusta, & sancta, & bona præuaricatoribus intulit

Tom. 6.

intulit mortem, quos Dei gratia non adiuuit ad iustitiam legis implendam, quæ oportebat in veteri testamento imponeretur superbis, & de suæ voluntatis virtute fidentibus. c. 7. lib 2. contra aduer. leges. n. 436

Lex dicta est ministratio mortis in litteris figurata lapideis ab hæreticis non intuentibus, propter eos esse dictū, qui solo lib. arb. legem sufficere arbitrabantur, & spiritu gratiæ non adiuti rei præuaricationis sub eiusdem legis littera tenebantur. c. 7. lib. 2. contra aduer. legis. n. 436.

Fides per dilectionem operatur, quam non præstat littera iubens, sed spiritus iuuās, non lex, sed gratia, non vetus testamentum in seruitutem generans, sed nouum, in quo non sunt Ancillæ filij, sed liberè, qua libertate Christus nos liberauit. c. 7. lib. 2. contra Aduer. legis. n. 437.

Cognoui nunc, idest cognoscere te feci, non quod ante nesciret. cap. 45. lib. contra

Tom. 6.

serm. Arian. n. 465

Anima humana propterea dicitur immortalis, quoniam qualitercunque, secundum modum suum nunquam desinit viuere, tamen pro ipso suo modo, quamdam mortem suam habet; quia si iustè viuebat, & peccat moritur iustitiæ, si peccatrix erat, & iustificatur moritur peccato. c. 12. lib. 3. contra Maximinum. n. 505

Angeli peccauerunt, & demones facti sunt, quorum est diabolus princeps, & qui non peccauerunt peccare potuerunt, & cuicunque rationali creaturæ præstatur, vt peccare non possit, non est hoc naturæ propriæ, sed Dei gratiæ. c. 12. lib. 3. contra Maximinum Manich. n. 505.

Fœliciano Aug. dixit. Nec præsumam vnquam in sapientia verbi nè euacuetur crux Christi, sed simplicitati obedire potius studeo, quam tumori. c. 1. lib. de vnit. Trin. n. 536.

Homo ad eum statum à quo lapsus est, non nisi auctoris

sui

Tom. 6.

sui gratia, reformatus postlimini, quodammodo iure. c. 13. de vnit. Trin. n. 543

Homo de excelso in præceps voluntate demersit, in sua quidem habuit potestate, quod fecit, sed iam suo arbitrio certum est non subiacere, quod surgat, surgit itaq; beneficio alieno, qui cecidit proprio &c. c. 13. de vnit. Trini contra Fœliciam. n. 543

Deus operatur in nobis velle, & operari. c. 38. de sancta Virginitate. n. 574

Mendaciter petuntur, si ea nõ adiuuante eius gratia facere possemus. c. 41. lib. de sancta virginitate. n. 575

Peccata homo omnia cogitabit sic habenda, tanquam dimittantur, à quibus Deus custodit, nè cõmittantur testesiantem sunt voces piarum deprecationum in scripturis sãctis, quibus ostenditur, quæ præcipiuntur à Deo, non fieri nisi dante, atque adiuuante eo, qui præcipit fieri. cap. 41. de sancta Virgo. n. 575

Virtus animi non te facit beatũ sed qui tibi virtutem dedit, qui tibi, velle inspirauit, &

Tom. 6. & 7.

posse donauit. c. 8. lib. de Epicuri & Stoycis. n. 663

Beatus populus, cuius non voluptas carnis, cuius non virtus propria, sed cuius dominus Deus ipsius. cap. 8. lib. 1. de Epicureis, & Stoycis. n. 604

Tom. 7.

HOmo, non potest accipere quicquam, nisi datum fuerit illi de ecclesia, & ipsa Ecclesia de Cœlo accipit, hoc non potest dicere Parmenianus, sed quod pertinet ad baptismi sanctitatem, ad ipsum Deus, qui dat, & homo qui accipiat, siue per seipsum, siue per Angelum, siue per hominem. cap. 15. lib. 2. contra Parmenianum. n. 30.

Plebes stultæ dicant, nos sumus iusti, qui patimur persecutionem, non erunt in illa die, & cecis vendatur, reprobus lapis, pro gẽma præciosi idolatrialis duritia pro spirituali patientia. c. 6. lib. 3. contra epistola Parmen. n. 48

Deus, patet attrahit ad filium, quos dimisit in latib. sic fieri

Tom. 7.

potest, sicut etiā potest vel ea, quæ legum coertionibus admonētur, non auferant lib. arb. c. 84. cont. Petil. n. 92

Deus pater quomodo attrahit, si dimittit, vt quis, quod voluerit eligat, & tamen, vtrumque verum est, sed intellectus hoc penetrare pauci valent. c. 84. lib. 2. cont. Petil. Aug. n. 92

Peccare nostrum est, sed non peccare, non est tantummodo nostrum sed ibi est adiutorium Dei, & tanquā sanis interē oculis, quo adiuti videāt se præbere volentibus n. 110

Baptizati à perfidis, nec fideli, nec reatū accipere possunt, nec eos in numero fidelium à vobis cernimus deputari, nec conferē quemquam vestrū, vt baptizetur &c. acceperunt itaque fidē non tamē ab eis, qui baptizarunt, sed à Christo. c. 32. li. 3. cōt. Petil. n. 123

Iustus implet legem Christi, per dilectionem Christi: iniustus vero aliquis est à lege Christi, potest tamen aliquid quod, & iustus implere, vt & ipse baptizet, sicut potest, & Dei mandata prædicare, sicut iusti, sed non secundum ea viuere, sicut iusti. c. 4. lib. 3. cont. Crescen. n. 168.

Tom. 7.

Deus fecit hominem, & dimisit eum in manu arbitrij sui. c. 11. lib. 2. contra Gaud. n. 252.

Charitatis ardor de sublimitate descendit gratiæ diuinæ, timor autem humilitatis, ex amore accidit laudis humanæ, & ideo ille certat per patientiam, hic autem peccat per impatientiam. c. 23. lib. 2. contra Gaudentium. n. 241.

Fidem verè habet, verè spem habet, & verè charitatem habet, & Deum, qui præter veritatē, & vnitatē Christi, non dico eos suas, sed istam etiā vitam suam, alijs dum taxat inferentibus, atque interficientibus amittit. c. 25. lib. contra Gaudentium. n. 243.

Opera sine charitate omnia sunt infructuosa, quæ prodest ad remissionem peccatorum, & ad sanctificationem vitæ. c. 7. lib. 1. de bapt. n. 264.

Cul-

Tom. 7.

Culpantur, qui prohibent à malo, si modum peccati, modus coërtionis excedat, & qui turpè, atque inordinatè in eos coërcendos insiliunt, qui nullâ sibi lege subiecti sunt. c. 17. de vnit. Ecclesia. n. 368.

Baptismus, quid valeat paruulis ex circumcisione carnis, quam prior populus accepit, quam acciperet iustificatus est Abrahám, sicut Cornelios donum Spiritus sancti priusquam baptizaretur, datum est, dicit tamen Apostolus Rom 4. Signum accepit circumcisionis signaculum fidei iustitiæ, qui iam corde crediderat ei, deputatum illi est ad iustitiam. c. 23. lib. 4. de baptism. n. 290.

Boni fieri potest, vt faciant, & mali patiantur, non ideo nos cupidi rumus, nec ideo isti laudandi, quia tale aliquid patiuntur. c. 31. lib. contra Donatis. n. 420.

Iustificari in Christo, qui credunt in eum, propter occultam communicationem, & inspirationem gratiæ spiritualis, qua quisquis hæret Domino, vnus spiritus est cum eo. cap. 9. lib. 1. de mer. peccat. n. 444.

Mortis regnum sola in quo iubet homine gratia destruit saluatoris, quæ operata est etiam in antiquis sanctis, quicunque, antequam in carne Christus veniret, ad eius tamen adiuuantem gratiam, non ad legis litteram, quæ iubere tantum non adiuuare poterant, pertinebant, quod occultabatur in veteri testamento. cap. 11. lib. 1. de merit. peccat. n. 445.

Peccata sola separant inter homines, & Deum, quæ soluuntur Christi gratia, per quem mediatorem reconciliamur, cùm iustificat impium. c. 20. lib. 1. de meritis peccatorum. n. 449.

Gratia Dei cur ad illum veniat, ad illum verò non veniat occulta esse causa potest, iniusta esse non potest. cap. 21. de meritis peccatorum. 450.

Paruum valde sensum vide n. 92. numero 450.

Iustitiam Dei humanis cogni-

Tom. 7.
cturis volentes defendere, & ignorantes altitudinem gratiæ, fabillas improbabiles texuerunt. cap. 22. lib. 1. de merit. pecc. n. 451
Iustificati gratis, per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem, per fidem in sanguine ipsius. n. 455
Gratia salui facti estis per fidē, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est, non ex operibus nè forte, quis extollatur. c. 27. lib. 1. de mer. pec. n. 456
Mortui cum essetis delictis, & præputio carnis vestræ conuiuificauit, cum illo donans nobis omnia delicta, delens, quod aduersus nos erat Chirographū decreti, quod erat cōtrariū nobis tollens illud de medio, & affigens illud cruci. cap. 27. lib. 1. de mer. pecc. n. 457
Deus operatur in nobis velle, & operari pro sua bona voluntate. psal. 2. cap. 33. lib. 1. de mer. pec. n. 463
Infans si post baptismum vixeri, atque ad ætatem capacem præcepti peruenire potuerit ibi habet, cum qua pugnet, eam adiuuante Deo superet, si non in vacuum gratiam eius susceperit, si reprobatus esse noluerit. cap. 1. lib. 2. de merit. peccat. n. 465.
Voluntatis de lib. arb. quidam tantum præsumentes, vt ad non peccandum, nec adiuuandos nos diuinitus opinentur semel ipsi naturæ nostræ concesso lib. voluntatis arb. quod est omnino veritati contrarium. cap. 2. lib. 2. de meritis peccat. n. 466.
Ad peccandum, namque non adiuuamur à Deo, iusta autem agere, vel iustitiæ præceptum omni ex parte implere non possumus, nisi adiuuemur à Deo. cap. 5. lib. 2 de meritis peccatorum. n. 467.
Præceptum implere, omni ex parte non possumus; nisi adiuuemur à Deo, qui adiuuat nostræ mentis obtutum, vt non secundum nostram, sed secundum eius iustitiam boni aliquid operemur. c. 5. lib. 2. de meritis peccatorum.

Tom. 7.

rum. n. 467

Auerti à Deo noſtrum eſt, & tunc ſecundum carnem ſapimus, tunc cõcupiſcentiæ carnis ad illi cita conſentimus, conuerſos Deus adiuuat, auerſos deſerit, ſed vt conuertamur adiuuat. c. 1. lib. 2. de meritis peccatorum. n. 467.

Continens, nemo eſſe poteſt, niſi Deus det. Sap. 8. c. 5. lib. 2. de merit. peccat. n. 467.

Hominem poſſe viuere ſine peccato, ſi negauerimus, & hominis lib. arb. qui hoc volendo appetit, & Dei virtuti, vel miſericordiæ, qui hoc adiuuando efficit, derogabimus. c. 6. lib. 2. de mer. pecc. n. 468.

Homo poteſt eſſe ſine peccato in hac vita, per Dei gratiam, & liberum arbitrium eius. c. 6. lib. 2. de meritis peccat. n. 468.

Homo poteſt abſque peccato viuere, ope diuina. c. 6. lib. 2. de meritis peccatorum. n. 468.

Lib. arb. ad Dei gratiam pertinet, & ad Dei dona, nec tantum, vt ſit, verum etiam, vt bonum ſit, ideſt ad facienda mandata Domini cõuertatur, & adiuuat. cap. 6. lib. 2. de meritis peccat. n. 468.

Tom. 7.

Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens, & ideo miſericordia Dei opus eſt, quæ ſoperexaltat iudicio. c. 7. lib. 2. de merit. peccat. n. 468.

Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Pſal. 142. c. 12. lib. 2. de merit peccat. n. 472.

Bonum non quod volo facio, ſed quod odi malum ago; ecce, & iſte ſecundum interiorem hominem alienus eſt ab omni opere malo. c. 12. lib. 2. de merit. peccatorum. n. 472.

Homo ſi voluntate humana gratiã adiuuante diuina, ſine peccato in hac vita poſſit eſſe; cur non ſit, hoc eſt, quia homines nolunt. c. 17. lib. 7. de merit. peccatorum. n. 475.

Gratia Dei eſt, vt innoteſcat, quod latebat, & ſuaue fiat, quod non delectabat, quæ gra-

Tom. 7.

gratia hominum adiuuat voluntatem, qua vt non adiuuentur in ipsis, causa est, non in Deo. c.17.lib.2.de merit. peccat. n.475

Laborant homines inuenire in nostra voluntate, quid boni sit nostrum, quod nobis, non si ex Deo, & quomodo inueniri possit ignorato. c.18. lib.2.de meritis peccatorum n.476.

Gratiam nam sic defendamus, vt lib.arb.auferre videamur, nec lib.arb. sic asseramus, vt superba impietate ingrati Dei gratiæ iudicemur. c.18.lib. 2. de merit. peccatorum. n. 476.

Nemo conuertitur ad iustitiam nisi operante gratia sanctus iustitiæ pace, nemo perfruitur. c. 19. lib.2.de mer.pec. n.477.

Animam indigere saluatoris, & redemptoris auxilio, sicut, & caro dicimus, etiam parvulorum. cap. 20. lib.2. de merit. pecc. n.485.

Iustitiam Christi, nisi credentibus, prodesse non posse scripturæ diuinæ nos admonent, & prodesse aliquid paruulis

Tom. 7.

confitentur, vnde necesse est eos baptizatos in credentium numero, sine vlla peregrinatione constituant, & si non baptizantur, inter eos, qui non credunt erunt. c.2. lib.3. de meritis peccator. n.487.

Bonum opus, quis nostrum suscipere, agere, implere, nunc scit, nunc nescit, nunc delectatur, nunc non delectatur, vt nouerit, non suæ facultatis, sed diuini muneris esse, vel quod scit, vel quod delectatur, & sanetur. c.17.lib.2.de merit. pecc. n. 475.

Lib. arb. huc, atque illuc liberum flectitur, atque in eis naturalibus bonis est, quibus, & male vti malus potest, nisi ex Deo nobis esse non posse, nescio quemadmodum defendamus, quod dictum est, paratur voluntas à Domino. cap. 8. lib.2. de meritis peccatorum. n.476.

Fideles infoelicitatem in posteros traijciunt, quod non est iam illorum, per spiritum regeneratorum, sed quo in

carne

Tom. 7.

carne generati sunt mortalis seminis vitium. cap. 9. lib. 3. de meritis peccator. n. 492.

Ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. c. 1. lib. de natura & gratia n. 494

Gratia nominatur, quia datur gratis, non autem ex meritis cap. 3. de natura & gratia n. 495

Hæc igitur Christi gratia, sine qua nec infantes, nec ætate gratiã Dei salui fieri possunt, non meritis redditur, sed gratis datur. c. 4. de natura & gratia. n. 495

Iustificari posse per naturam, & per legem lib. arb. contendere, est crucẽ Christi euacuare, & per legem volũtatis ergo Christus gratis mortuus est, aliud est esse, & aliud est posse. c. 9. de natura, & gratia n. 496

Iustificari potest homo, sed per gratiam Dei, & sine gratia Dei homo sine peccato esse non potest c. 10. de natura & gratia. n. 497

Peccatorum remissio licet noã

Tom. 7.

fiat nisi voluntas adsit, tamẽ vt fiat, voluntas sola nõ sufficit, ideo pro hac re nec superflua, nec impudens Domino imolatur oratio. cap. 18. de natura & gratia. n. 499

Lib. arb. sufficit homini ire in peccatum quo se ipse vicauit, vt autem reddat ad iustitiã opus habet medico quoniam sanus non est, opus habet iustificatore. c. 23. lib. de natura & gratia. n. 501

Pelagius de gaatia nihil dicit, quasi sola sua voluntate se possit sanare, quia cum potuit, sola voluntate vitiare. c. 23. lib. de natura & gratia n. 501

Lib. arb. non sufficit, vt homo resurgere possit, sed qui mortuus est potestate, & hoc est præcium nostrum, quo nos à morte redimerbt c. 27. lib. de natura & gratia n. 501

Peccat nemo corpore moriẽdo sed ad peccatum valet mors animę, quam deseruit vita sua, idest Deus eius quæ nõcesse est mortua opera faciat donec Christi gratia reuiuiscat. c. 23. de natura & gratia.

tia. n.501

Lib. arb. isto præcio potest non egere, vt à potestate tenebrarum, sè liberare Pelagius dicit, quod absurdissimum est. c. 23. de natura & gratia. n. 501

Homo sine gratia, & sine adiutorio, & misericordia, non potest bene viuere. c. 23. de nat. & gratia. n. 501

Quod vero Dominus dicit, sine peccato mori potuisse illi ēt nasci, potestas misericordiæ, non conditio naturę fuit. c. 24. lib. de natura & gratia. n. 501

Gratia Dei adiuta anima, adiuta spiritu Dei, adiuta misericordia Dei, non superba voluntate, se extollens, sed humili confessione fortitudinem promerens, superando maiorem gloriam comparauit. c. 24. de nat. & grat. n. 501.

Deus operatur in nobis, velle, & operari pro bona sua voluntate. Phil. 2. c. 37. de nat. & gratia. n. 504

Sanctiomnes supra nominati, hoc peccatum, idest hunc vitiosæ appetitum affectionis, qui magna ex parte frenarunt, vt non obediant desiderijs eius, nec exhiberent ei membra sua arma iniquitatis etiam iusti appellari meruerunt, & hoc adiutorio gratiæ Dei. c. 38. de nat. & gratia. n. 507

Naturalis possibilitas, si per lib. arb & ad cognoscendum, quomodo viuere debeat, & ad bene viuendum sufficit sibi, ergo Christus gratis mortuus est, ergo euacuatum est scandalum crucis. c. 45. de natura, & gratia. n. 507.

Gratia Dei præuenit, vt sanemur subsequitur, vt glorificemur præuenit, vt pie viuamus subsequitur, vt cum illo semper viuamus, quia sine illo nihil possumus facere. c. 32. de natura, & gratia, n. 504.

Gratia auxiliante, homo potest sine peccato esse. c. 42. de nat. & gratia. n. 508

Charitas Dei est verissima, plenissima, perfectissimaque iustitia, quoniam id, quod voluntate hominis adiuta, per Dei gratiam fieri posse confi-

Tom. 7. Tom. 7.

confitetur, & definita cap. 42. de natura, & gratia. dicit n. 508.

Voluntas hominis & adiuta, & sanata, neque de ipsa possibilitate contendo, possibilitas ipsa suum habet esse, cum in sanctis proueniat, dum charitas Dei quantumlibet plenissimè natura nostra sana, atque purgata capere potest, & diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Aug. lib. de natura, & gratia. n. 508.

Homo lapsus potest quidem per liberum arbitrium ad iustitiam quamcumque facere, sicut potuit, ita descendere. c. 43. de natura, & gratia. n. 508.

Homines aliqui etiam si iustificati essent, vt esse possent sine peccato, & iam nullo modo tamen potuissent, vel posse esse confirmo: nisi iustificati gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum crucifixum. Est quippe fides, qua iustos antiquos, quæ sanat, & vos

Tom. 7. Tom. 7.

c. 42. de natura, & gratia. n. 508.

Possumus peccare, posse autem non est, & si voluerimus, non possumus non peccare, non possumus, non posse non peccare. Lib. de nat. & gra. n. 510. Dominus noster Iesus Christus.

Non enim quod vult, hoc fit bonum, sed quod bonum est, hoc agit. c. 30. de natura, & gratia. n. 510.

Ecce homo, quod vult bonum, non agit, sed quod vult malum, hoc agit. Quia vero adiacet illi posse facere autem bonum non illi adiacet, maior. 50. de natura, & gratia. n. 510.

Hominem sine adiutorio Dei non posse esse sine peccato. c. 53. de natura, & gratia. n. 510.

Quærendo autem vbi natura ista perdiderit, liberum arbitrium, quam sibi dari exoptat. cap. 55. de natura, & gratia. n. 512.

Velle habet homo, perdidit autem posse vero habet per naturæ subsidium. Pelag. cap. 55. de natura, & gratia. n. 512.

Tom. 7.

Voluntate quidem non est homo iustus, si natura potest, sed medicina potenti, quod vitio non potest. cap. 43. lib. de natura, & gratia. n. 508.

Gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum, eo adiuuante fieri dicimus, vt iusti, & beata sit, ad quod creata est, vt sit. cap. 58. lib. de natura, & gratia. n. 513.

Adiutorium Dei, vt Diabolo resistamus poscendum, non solum non negamus, verum etiam prædicamus. c. 58. lib. de natura, & gratia. n. 514.

Gratia Dei, per Dominum nostrum Iesum Christum, qua omnino ista nos orantes adiuuari, vt non peccemus, nusquam dicere voluit Pelagius. c. 5. de natura, & gratia. n. 514.

Homines spem suam ponant in Christo, & in eius promissionibus veram, firmam, & certam esse confidant, nullo tamen modo, nisi in diuuante gratia Saluatoris nostri Christi Crucifixi, &

Tom. 7.

dono Spiritus sancti. c. 61. lib. de natura, & gratia. n. 514.

Iustificatur nemo, sine gratia Christi, tanquam sufficiente natura lib. arb. pro qua clamo. c. 62. de nat. & gratia. n. 515.

Voluntas hominis à Deo præparatur, vt Deus, honorificetur à sancto, Dei gratia est. Ambros. c. 62. de nat. & grat. n. 515.

Anima immaculata ab initio humanæ enim hoc impossibile natura, sed per Dei gratiam, & qualitatem sui, quia iam non peccat, fit, vt immaculata videatur. Ambros. c. 63. de natura, & gratia. n. 516.

Homo interior, dum renouatur de die in diem, non tamen sine gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum. cap. 64. lib. de natura, & gratia. n. 516.

Vir castus, & sine peccato testatem accepit à Deo esse filius Dei, vtique admonuit, nè cum quisquam factus fuerit ita castus, & sine peccato, sed non sine me-

Tom. 7.

diatore Dei, & hominum homine Christo Iesu fieri posse, n. 64. de nat. & gratia n. 516.

Libertas plena tributa nobis, opitulante gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum, & mala necessitas remouetur. cap. 66. lib. de natura, & gratia. n. 517.

Peccata quis non cauere non potest? peccatum autem cauere igitur potest, agnosco verba nuda sunt, sed Dei gratia quippe agitur Dei, quæ nobis per mediatorem medicina opitulatur. de impossibilitate iustitiæ. c. 97. de natura, & gratia. n. 517.

Peccatum potest cauere, sed opitulante illo, qui non potest falli, dimitto nobis debita nostra. c. 67. de natura, & gratia. n. 517.

Gratiam Dei non euacuari, sine qua natura humana iam contenebrata, atque vitiata illuminari, non potest, & sanari exortando ad recte viuendum. c. 67. de natura, & gratia. n. 518.

Tom. 7.

Gratiam Pelagius, & Cælestius, negauerunt esse necessariam, qua Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, non solum per singulas horas, vel momenta, sed etiam per singulos actus nostros, contra veritatem, & hanc conantur auferre. cap. 1. de gratia Christi. n. 519.

Gratiam Dei Pelagius in actis Episcopalibus damnauit, sine vlla recusatione, eos, qui dicunt dari, & adiutorium, non ad singulos actus, sed in lib. arb. esse, damnauit etiam eos, qui docent gratiam Dei secundum merita dari nostra, tamen in libris suis de lib. arb. nil aliud sentire monstratur, quam id quod damnasse videbatur. cap. 3. lib. de gratia Christi. n. 519.

Gratiam per singulas horas, per singula momenta, & per singulos actus necessariam, vt semper in memoria retinentes, & reminiscentes dimissa, nobis esse peccata, non peccemus vltra, adiuti non aliqua subministratione virtutis dicebant, & sic

92

Tom. 7. T

debet habere eos suspectos. c. 1. lib. 1. de gratia Christi n. 8.

Aduitorium enim dicunt præbuisse Christus ad perficiendum in eo, quia iustè ipse viuendo iussa quæ dicendo reliquit exemplum, quæ verba possunt coaptare, vt dicant, per singula momenta, & per singulos actus nec cessamus habere nobis esse talem gratiam, vt in omni conuersatione nostra intueamur Dominum Iesum, & in exemplum gratiæ recipiamus. c. 2. lib. de gratia Christi n. 9.

Gratia Dei, & adiutorium, quo adiuti iuste ad non peccandum, aut in natura, & libero arbitrio posuit Pelagius, aut in peccatorum & doctrina, vt scilicet cum adiuuat Deus hominem, vt declinet a malo, & faciat bonum reuelando, quid fieri debeat, adiuuare creditur, non etiam cooperando, & dilectionem inspirando, vt quibus faciendum cognouerit, & faciat. Contra Veritatem Catholicam. c. 3. lib. 1. de gratia

Tom. 7. T

Christi n. 9.

Mandata dicit Pelagius impleri rudimina, & ea constituit, scilicet possibilitatem, voluntatem, & actionem: possibilitatem, qua homo potest esse iustus, voluntatem, qua vult esse iustus, & actionem, qua iustus est, gratia Dei non ista tria, scilicet voluntatem, & actionem, sed adiutorium contra, Apostolus Deus operatur in nobis posse velle, & operari. c. 3. lib. 1. de gratia Christi n. 9.

Posse, primo loco (inquit Pelagius) posse, secundo velle. Tertio esse posse in natura, velle in arbitrio, esse in effectu locamus. c. 4. lib. 1. de gratia Christi n. 10.

Possumus, inquit Pelagius, omnia bona facere, dicere, cogitare, sed hoc illius est, qui hoc esse donauit, qui hoc posse adamat. Quod vero bene, vel agimus, vel loquimur, vel cogitamus, horum est, hæc secundum Pelagium. c. 4. lib. 1. de gratia Christi n. 10.

Posse, velle, vt operari Pelagius

Tom. 7. To.

gius sanctæ libertatis curam in quibus distinguere, vt quæ habemus quæ legimus, vel audimus diuinæ gratiæ adiutorio nos confiteri, vt à malo declinemus, bonumque faciamus, siue in lege, siue vbilibet constituat, sciamus, quid loquitur, nec erremus, aliter cum intelligendo quam sentit, cap. 5. lib. 1. de gratia Christi.

Posse ad Deum proprie pertinet, qui illud creaturæ suæ contulit, duo vero reliqua scilicet velle, & esse, ad hominem referenda sunt, quia de arbitrij fonte descendunt, ergo in voluntate, & opere bono laus hominis est, immo hominis, & Dei, qui ipsius voluntatis, & operis possibilitatem gratiæ suæ diuina semper auxilio, ait Pelagius, quod vero homo potest velle bonum, atque perficere solius Dei est, duo sequentia, sine primo non possunt esse primo, sed primum potest esse sine velle, & esse dicit. c. 5. lib. 1. de gratia Christi.

Adiuuantur diuinitus, non tan-

Tom. 7. To.

tum in eo, quod operari possint, hoc enim, & in natura, & in doctrina iam acceperant, sed etiam in eo, quod operantur diuinitus adiuuantur, non ait, Deus est, qui operatur in nobis posse, tanquam ipsi velle, & operari, per seipsos habeant, sed ait, Deus est qui operatur in nobis velle, & perficere, seu operari, vt græci dicunt. c. 5. lib. 1. de gratia Christi, p. m. 320.

Voluntatem, nec nostram, nec actionem diuino adiutorio credit Pelagius auxilio, sed solam possibilitatem voluntatis, atqui de his, quam solam his tribus nos habere affirmat ex Deo, tanquam hoc sit infimum, quod Deus posuit in natura, cætera duo prima, & sibi sufficientia, vt nullo auxilio indigeant ipsius Dei, contra Apostolum ad Phil. 2. cum timore, & tremore vestram ipsorum saluam operamini. cap. 5. lib. 1. de gratia Christi, &c.

Hominis laus in voluntate, & bono opere est, dicit Pelagius, &

gius, &

gius, & veli vt correxerit subiunxit. Qui ipsius voluntatis, & operis possibilitatem dedit. c. 6. lib. 1. de gratia Christi. n. 520.

Voluntate nostra nequaquam in nobis perficere sanctitatem dicimus, quasi Deus gratiæ suæ, aliquid imposuerit, & non illis, quibus imperauit, etiam gratiæ suæ auxilium subministrat, vt quod per lib. arb. homines facere iubentur, facilius possent implere per gratiam: ait Pelagius contra Apostolicam veritatem. c. 7. lib. 1. de gratia Christi. n. 521.

Pelagius ideo ad laudem hominis adiunxit, & Deum, quia nisi natura esset, in qua nos condidit, qua velle, & agere possemus, nec vellemus, nec ageremus, quam naturalem possibilitatem adiuuari Dei gratia confitetur. c. 6. lib. 1. de gratia Christi. n. 521.

Adiuuat, inquit Pelagius, nos Deus per doctrinam, & reuelationem suam, dum cordis nostri oculos aperit, dum nobis, nè præsentibus occumpemur futuræ demonstrat, dum diaboli pandit insidias, dum nos multiformi, & ineffabili dono gratiæ cælestis illuminat, non recessit à commendatione doctrinæ. cap. 7. lib. 1. de gratia Christi. n. 521.

Pelagius confiteri videtur gratiam, qua Deus demonstrat, & reuelat, quid agere debemus, non qua donat, atq; adiuuat, vt agamus, cum de hoc potius valeat legis cognitio, si gratia desit opitulatio, vt fiat mandati præuaricatio. c. 8. de gratia Christi. n. 521.

Lex vbi non est, ait Apostolus Rom. 4. ibi nec præuaricatio est, & concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, non concupisces: ac per hoc lex aliud est à gratia, & lex obest, nisi adiuuet gratia. cap. 8. de gratia Christi. n. 521.

Lex aliud est à gratia, vt lex non solum nihil prosit, sed obsit, nisi gratia, & hæc legis vtilitas, quoniam, quos fecit præuaricationis reos cogit confugere ad gratiam.

Tom. 7.

liberatidos, & adiuuando. c.8. lib. 1. de gratia Christi n.521.

Legem nemo potest implere, per legem: plenitudo enim legis est charitas, charitas autem non per legem diffusa est in cordibus nostris, sed per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. cap. 9. lib. 1. de gratia Christi. n.522.

Charitas Dei, non per legem diffusa est in cordibus nostris, sed per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, sed per legem gratia demonstratur, vt lex per gratiã compleatur. c.9. de gratia Christi. n.521.

Gratia demõstratur per legem, vt lex per gratiam compleatur. c.9. de gratia Christi. n.522.

Adiutorium, & gratiam Dei non ad singulos actus dari, sed in lib. arb. esse, vel in lege, atque doctrina damnauit Pelagius, & tamen latere se putat, contra propria sua dicta. c.6. de grat. Christum n.522.

Et alio quippe loco, istum dixi-

Tom. 7.

assertuisset Pelagius, non adiutorio Dei, sed lex nobis ipsis in nobis effici voluntatem bonam opposuit sibi Pelagius, ex Epistola Phil. 2. dogmati suo opposita. c.10. lib. 1. de gratia Christi. n.522.

Venite ad me omnes, qui laboratis, sed nemo venit ad me, nisi pater meus, qui misit me, traxerit eum. Et hanc Pelagius gratiam debet confiteri, & etiam esse Christianus. c.10. de gratia Christi. n.522.

Gratia, qua virtus in infirmitate perficitur, prædestinatos, & secundum propositum vocatos ad summam perfectionem glorificationemque perducit: qua gratia agitur non solum, vt ad facienda nouerimus, sed vt cognita faciamus. cap. 12. lib. 1. de gratiam Christi. n.523.

Iustitia, quæ ex lege est, non est ex Deo, iustitia vero, quæ est ex Deo, & ex gratia, seu per gratiam consummatur ex Deo. Iustitia enim ex lege dicitur fieri propter

legis

Tom. 7.

legis mandatum, iustitiam vero ex Deo dicitur, quæ datur per gratiæ beneficium. c. 13. lib. 1. de gratia Christi. n. 523.

Quod loqui possumus Deo, non quod bene loqui possumus, & male ait Pelagius nostrum esse, contra illud Matth. 10. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, &c. c. 12. lib. 1. de gratia Christi. n. 524.

Facit autem homo arborem bonam, quando Dei accipit gratiam. cap. 19. lib. 1. de gratia contra Pelagium. n. 525.

Gratiam quando homo accipit facit arborem bonam: non enim se ex malo bonum, per seipsum facit, sed ex illo, & per illum, & in illo, qui semper est bonus, nec tantum, vt arbor sit bona, sed etiam, vt faciat fructus bonos, eadem gratia necessarium est, vt adiuuetur, sine qua boni aliquid facere non potest. c. 19. lib. 1. de gratia Christi. n. 525.

Charitas autem, quæ virtus est ex Deo nobis non ex nobis. 1. Ioa-

Tom. 7.

4. Charitas diffusa est in cordibus nostris, ex Deo est, & omnis qui diligit ex Deo natus. c. 21. lib. 1. de gratia contra Pelag. n. 525.

Charitas ex Deo est, siquidem Deus est charitas, & qui natus est ex Deo, non peccat, quia charitas non agit perperam, nec cogitat malum, & sic possibilitas, voluntas, & operatio nostra bona ex Deo est. c. 21. lib. 1. de gratia Christi. n. 525.

Gratiam Dei, secundum merita nostra data damnauit in Ecclesiæ iudicio Pelagius, & eos hoc asserentes, Iacob. 4. Et in Orientali Synodo, sine vlla recusatione datum est, & Aug. anathematizat illi, qui sic tenet. c. 22. lib. 1. de gratia Christi. n. 525.

Gratia non est ex meritis, alioquin non est gratia, sed ex Dei dono, inquit Apostolus Rom. 11. c. 24. lib. 1. de gratia Christi. n. 526.

Deus operatur in cordibus hominum, non solum veras reuelationes, sed etiam bonas voluntates. c. 24. lib. 1. de gratia Christi. n. 526.

Possibi-

Tom. 7.

Possibilitatem non solum bonę voluntatis, atque operis, sed etiam voluntatem, & operationem bonam ergi nos gratia Dei prædicanda est. c. 25. lib. 1. de gratia Christi. n. 526.

Possibilitatem ad vtrumque valere definit, & tamen nè ideo tribuenda sunt Deo etiam nostra peccata, sicut, & propter eamdem possibilitatem vult tribuere opera nostra, Pelagius desinat ista dicere. c. 25. lib. 1. de gratia Christi. n. 526.

Posse nostrum non solum Deus nobis donauit, atque adiuuat, sed etiam velle, & operari operatur in nobis. Non quia nos non volumus, aut nos non agimus, sed quia sine ipsius adiutorio, nec volumus, nec agimus. c. 25. lib. 1. de gratia Christi. n. 526.

Spiritus patris vestri est, qui loquitur in vobis. Matth. 10. ostendit non possibilitatem, sed cooperationis effectum, contra Pelagium. cap. 25. lib. 1. de gratia Christi. n. 527.

Tom. 7.

Charitas, & scientia, vtrumque est donum Dei: sed vnum minus, scilicet scientia, & alterum maius, scilicet charitas, non hic iustitiam nostram super laudem iustificatoris nostri extollat, vt horum duorum, quod minus est, diuino adiutorio tribuat, quod autem maius est humano vsurpet arb. Pelag. c. 26. lib. 1. de gratia Christi. n. 527.

In eodem lib. Pelag. alio loco vt quod per lib. arb. homines facere iubentur facilius possint implere per gratiam, tolle facilius, & sanus erit sensus. c. 29. lib. 1. de gratia Christi. n. 528.

Homines, quod per lib. arb. facere iubentur possint implere, per gratiam, & sic bonus est sensus. c. 29. lib. 1. de gratia Christi. n. 528.

Gratiam, qua iustificamur, & charitas diffunditur in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis: in Pelagij, & Cælestij libris nunquam inueni. c. 30. lib. 1. de gratia Christi. n. 528.

Tom. 7.

Lib. arb. quo auxilio adiuuari quærimus, & qua gratia. c. 31. lib. 1. de gratia Christi. n. 528.

Gratiam illam quærimus nos in eorum, scilicet pelagij, & Cælestij, de qua dicit Apostolus: Non enim dedit nobis Deus spiritum seruitutis, sed virtutis, & charitatis, & continentiæ, non autem de gratia, quæ est lex, & doctrina Christiana, qua naturalis possibilitas adiuuetur. c. 33. lib. de gratia Christi. n. 529.

Agere benè, quod possumus Dei est, quod autem agimus nostrum est, Apostolus, orate ad Deum pro eis, nè quid mali faciant, & vt quod bonum est, faciant. c. 25. lib. 1. de gratia Christi. n. 527.

Lib. arb. Aug. confitetur, & gratiam contra calumnias Pelagij, & Cælestij. cap. 41. lib. 1. de gratia Christi. n. 751.

Possibilitatẽ, voluntatẽ, & actionem Pelagius nullo Dei adiutorio existimat indigere, ipsum vero auxilium, quo possibilitatem naturalem perhibet adiuuari in lege constituit, atque doctrina. c. 41. lib. 1. de gratia Christi. n. 531.

Audiat ergo venerabilem Antistitem dicentem, & docentem cooperari Dominum, etiam nostris voluntatibus. Ambros. c. 44. lib. 1. de gratia Christi. n. 531. & 532

Auxilium Dei confitetur. Ambrosius dicens, vides vtique, quia vbique Domini virtus studijs cooperatur humanis, vt nemo possit ædificare sine Domino, nemo custodire, sine Domino, nemo quicquam incipere sine Domino. c. 44. lib 1. de gratia Christi. n. 532.

Adiutorio, & misericordia pœnitentiam fieri. Ambrosius, in libro decimo super Lucã. c. 31. dicit, ita loquens: Bonæ lacrimæ, quæ culpam lauant, denique, quos Iesus respicit plorant delictum: negauit primo Petrus, & non fleuit, negauit secundo, & non fleuit, quia non respexit Dominus, negauit tertio, & fleuit amarissimè, quia respe-

respexit Dominus Iesus intus. c.45. de gratia Christi. n.532.

Ipsam denique pœnitentiam, quam proculdubio voluntas agit Domini misericordia, & adiutorio fieri, vt agatur, ait Ambrosius. c. 45. lib. de gratia Christi. n.532

Deus quod dignatur vocat, & quem vult religiosum facit. Ambrosius lib.6.Miserebor, cui misertus sum. Pelagius non dicit effici, nisi arb.libertatem. c.46. lib. 1. de gratia Christi. n.532

Gratia Dei negatur, quando defendirur lib. arb. & quando asseritur Dei gratia lib. arb. videtur negari, sed attendite ista tria scilicet posse, velle & esse, si consentit, nō solum posse: sed etiam velle, & agere adiuuari eius iussis: vt sine vllo adiutorio, nihil bene velimus, & agamus, eamque esse gratiam Dei per Iesum Christum dominum nostrum in nos sua, non nostra iustitia, quę nobis iustos nos facit, vt ea sit vera nostra iustitia, quę nobis ab illo est, nihil de adiutorio gra

tiæ Dei controuersia relinquitur, & sic saluatur lib. arb. de gratia c. 47. n.533

Possibilitatem illam naturalem quam Pelagius non vult respicere, esse vitiata peccato. Ambrosius dicit fuimus nos alienando filij Irę. cap. 50. lib. 1. de gratia Christi. n. 533

Gratia filij Dei subuenit solum per mediatorē Dei, & hominum & omnipotentē medicum de cuius adiutorio ad iustificationes nostras, quo Deum diligentibus omnia cooperantur in bonum c.50. lib. 1. de gratia Christi. n.533.

Pelagius cum fuissent ei obiecta dicta eius, & Cœlestius de peccato scilicet, quod dixit Adæ peccatum ipsi soli obfuisse, in quo Adam fuit ante præuaricationem, quia videbat cum fuissent obiecta Pelagio sine vlla retractatione damnauit, c.1.lib.2. de gratia Christi. n.536.

Fides Christi est, sine qua, & resurrectionis eius, quam Deus hominibus definiuit,

Tom. 7.

quæ vtique sine incarnatione eius, ac morte, non potest veraciter credi, nec antiquos, vt iusti essent, à peccatis potuisse mundari, & Dei gratia iustificari veritas Christiana non dubitat. c. 24. lib. 2. de gratia Christi. n. 541.

Gratia Dei non erit vllo modo, nisi gratuita fuerit omni modo. c. 24. lib. 2. de gratia Christi. c. 24. lib. 1. de grat. Christi. n. 541.

Infans illa rectę punitione punitur, quia pertinet ad massam perditionis, & iustè intelligitur ex Adam natus, atque debiti obligatione damnatus: nisi inde fuerit, non secundum debitum, sed secundum gratiam liberatus per Dominum nostrum Iesum Christum. cap. 31. lib. 2. de gratia Christi. n. 544.

Mutatis proinde sacramentis postea quam venit, qui eis significabatur esse venturus, non tamen mutato mediatoris auxilio. n. 544

Baptismo, seu regeneratione spiritus modo fit, vt omnia

Tom. 7.

peccata præterita remittantur, eius merito fiet etiam regeneratio carnis in æternam vitam, qua peccatorum omnium incrementa sanantur. c. 39. lib. 2. de gratia Christi. nr 546.

Paruulos à partu etiam recentissimos ipsa sacramenta, sanctæ Ecclesiæ indicant, per Christi gratiam de Diaboli seruitio liberari. cap. 40. lib. 2. de gratia Christi. n. 547.

Anima, & corpus, & quęcunque bona animæ, & corporis naturaliter insita, etiam in peccatoribus dona Dei sunt; quoniam Deus, non ipsi ista fecerunt. c. 3. lib. 1. de nuprijs, & concupisc. n. 550.

Peccatum originale, propter quod homo, qui per illā nascitur, trahit carnalis concupiscentiæ malum. cap. 1. lib. 1. de nuptijs, & concup. n. 549.

Peccatum ex concupiscentia carnis in nuptijs, seu coniugibus, licet in regeneratis, non deputatur, tamen naturæ non accidit, nisi de pec-

cato

Tom. 7.

cato, & ex tali cõcupiscentia carnis, tanquam filia peccati nascitur proles originali obligata peccato, nisi in illo renascatur, quem sine ista concupiscentia Virgo concepit. c. 24. lib. 2. de nup. & concup. n. 558

Lib. arb. si quis dixerit in homi nibus non esse, aut Deum esse, non nascentium conditorem Cælestianus, & Pelagianus est. c. 3. lib. 2. de nuptijs, & concupiscen. n. 564.

Lib. arb. si quis ad colendum rectè Deum, sine ipsius adiutorio esse in hominibus, & quisquis ita dicit, Deum nascentium conditore, vt paruulorum neget, à potestate Diaboli redemptorem, ipse Cælestianus, & Pelagianus vocatur. cap. 3. lib. 2. de nuptijs, & concupisc. n. 564.

Naturæ humanæ auctor est Deus, vitij autem Diabolus est auctor, ex quo scilicet vitio trahitur originale peccatum. cap. 8. lib. 12. de nuptijs, & concupiscen. n. 568.

Tom. 7.

Hominis mala cogitatio, non potest in perpetuum mutari, quia per seipsum non potest, sed gratia diuina si subueniat quæ non subueniente, qui sunt homines, nisi muta animalia procreata naturaliter in captiuitatem. c. 8. lib. 2. de nuptijs, & concup. n. 568.

Fides non ex operibus, sed opera ex fide sunt, ac per hoc ab illo sunt opera iustitiæ, nobis à quo est ipsa fides, de qua dictū est iustus ex fide viuit. c.7. de gratia, & lib. arb. num.891

Gratia Dei salui facti estis per fidem, & hoc non ex operibus uestris nec ex vobis, sed Dei donum est Io.1.5.c.8. de gratia & lib. arb. n.891

Deus est, qui operatur in nobis velle, & operari pro bona voluntate, Ephes. 2. de gratia, & lib. arb. c.8. num. 892

Quotquot ergo adiuti solo adiutorio legis sine adiutorio gratiæ, confidentes in virtute sua suo spiritu aguntur: non sunt filij Dei, cap.12. de gratia, & lib. arb. num.893

Peccatum ideo dominabatur eis, quia sub lege erant, non sub gratia, à quo peccato homo non fit liber lege, sed gratia. c.12. de gratia & lib. arb. n.894

Gratia quippe adiuuat, vt legis quisque sit factor, sine qua gratia, sub lege positus, tantummodo erit legis auditor, & qui in lege iustificamini à gratia excidistis. cap.12. de gratia, & lib. arb. n.894

Lex si non est gratia, quia vt ipsa lex fiat, non potest lex adiuuare, sed gratia, quæ non

erit natura contra Pelagianũ cap. 13. de gratia, & lib. arb. n. 894

Gratia salui facti estis, per fidem, & hoc, non ex vobis, sed Dei donum est. cap. 14. de gratia, & lib. arb. num. 894.

Gratia, quæ per Iesum Christum dominum nostrum datur, neque scientia diuinæ legis, neque natura, neque sola remissio peccatorũ est, sed ipsa facit, vt lex impleatur, vt natura liberetur cap. 4. de gratia, & lib. arb. n. 894.

Gratia (vt aiunt Pelagiani) nõ datur secundum merita bonorum operũ, quia per ipsam bene operamur, tamen secundum merita bonę voluntatis datur sententia, illud 1. Timoth. 1. Misericordiam consecutus sum, vt fidelis essem cap. 14. de gratia, & lib. arb. n. 894.

Lib. arb. pulsatur hominis, vbi dicitur hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, auferam ab eis cor lapideum, & dabo eis cor carneum. cap. 14. de

gratia, & lib. arbitrio. num. 894.

Deus dat, quod iubet, & adiuuat, vt faciat, cui iubet & semper est in nobis voluntas libera, sed non semper est bona, aut enim à iustitia libera est, quando seruit peccato, aut a peccato est libera & tunc est bona, quia seruit iustitiæ. cap. 15. de gratia & lib. arb. n. 896

Gratia Dei semper est bona, & per hanc fit, vt homo sit bonæ voluntatis, qui prius fuit voluntatis malæ, & per eam fit vt ipsa bona voluntas, quę iam esse cæpit, augeatur, & tam magna fiat vt possit implere diuina mandata. cap. 15. de gratia, & lib. arb. n. 896.

Lex sine gratia, est occidens littera in gratia verò spiritus viuificans, & charitas Dei in hominibus, & proximis non ex nobis, sed ex Deo. c. 18. de gratia, & lib. arb. n. 898.

Satis me disputasse arbitror aduersus eos, qui gratiam Dei vehementer oppugnant, qua voluntas humana non tolli-

Tom. 7.

tur, sed ex mala mutatur in bonam, & cum bona fuerit, adiuuatur. c. 20. de gratia, & lib.arb. n. 900

Voluntas humana, seu lib. arb. non tollitur per gratiam, sed ex mala mutatur bonam, cum fuerit adiuuatur euidentissimis testimonijs patet. cap. 20. de gratia, & lib.arb. n. 900.

Gratia Dei, seu ille, qui in Cœlo est, & in Terra omnia quæcumque voluerit fecit, etiam in cordibus hominum operatur, & adiuuat in bello dando eis fiduciam, alios immisso timore vertit in fugam cap. 20. de gratia, & lib.arb. n. 901.

Deus operatur in cordibus hominum ad inclinandas eorũ volũtates quocũq. voluerit, siuè ad bona sua misericordia siuè ad mala pro meritis eorum iudicio vtique suo aliquando aperto, aliquãdo occulto, semper autẽ iusto. ca. 21. de grat. & lib. arb. n. 902

Gratia non secundum merita hominum datur alioquin gratia non est gratia, quia ideo gratia vocatur, quia

Tom. 7.

gratis datur. cap. 21. de gratia; & libero arbitrio num. 902

Sed suspicentur homines, quęlibet merita bona, quæ putantur præcedere, vt iustificentur per Dei gratiam. cap. 22. de gratia, & libero arbitrio num. 902.

Gratia Dei aliquando filijs infidelium præstatur occulta, Dei prouidentia in manus impiorum quomodocũque perueniunt, aliquando fidelium filij, non eam consequũtur, aliquando impedimento existente nè possit periclitantibus subueniri. cap. 22. de gratia, & lib. arb. num. 902.

Adiuuat nos Deus, vt declinemus à malo, & faciamus bonum, quod nullus potest sinè spiritu gratię, quæ si desit, ad hoc lex adest, vt reos faciat, & occidat. cap. 1. de correctione, & oratione. n. 904.

Lib. arb. & ad malum, & ad bonum faciendum confitendum est nos habere, sed in malo faciendo liber quisq. iustitię seruusq. peccati, in bono autem

Tom. 7.

autem liber esse nullus potest nisi fuerit liberatus ab eo, qui dixit si filius liberauerit, vere liberi estis. cap. 1. de correctione & gratia. n. 904.

Intelligenda est gratia Dei, per Iesum Christum dominum nostrum, qua sola homines liberantur à malo, & sine qua nullum prorsus faciunt bonum. de correctione & gratia. cap. 2. num. 904

Cum ergo & ipsa voluntas à Domino præparetur, cur me corripis. cap. 5. de cor. & gra. n. 905.

Perseueraturi, qui nõ sunt, ac sic à fide Christiana, & cõuersatione lapsuri sũt, vt tales eos vitæ huius finis inueniat, proculdubio nec illo tempore quo bene, pieq. viuunt in isto numero cõputandi sunt cap. 7. de correctione & gra. n. 909.

Perseuerare donum Dei esse, in bono vsque in finem, cur hoc Dei donum, ille accipiat ille non accipiat puto, quod mecum pariter nescis & ambo hic inscrutabilia iudicia Dei penetrare non possumus. c.

Tom. 7.

8. de correctione, & gratia n. 909

Voluntas quia præparatur à Domino, ideo pro illo Petro non posset esse inanis oratio. cap. 8. de correctione & gratia n. 909

Gratia potius voluntas consequitur libertatem non autem voluntas humana libertate consequitur gratiam. cap. 8. de correctione & gratia. num. 909.

Deus operatur in nobis velle & operari pro bona sua volũtate. Phil. 2. cap. 10. de correctione & gratia. num. 912.

Adam, quia per lib. arb. Deum deseruit iustum iudicium Dei expertus est, vt cum sua stirpe quæ in illo adhuc posita tota cum illo peccauerat, damnaretur. Quotquot ex hac stirpe gratia Dei liberantur à damnatione, vtique liberantur. cap. 10. de correctione & gratia num. 913.

Gratiam quam habuit Christus non habuit primus homo, quam nunquam vellet esse malus, sed sane habuit, in

in qua, si permanere vellet, nunqam malus esset, & sine qua etiam cum libero arbitrio, bonus esse non posset, sed eam tamen per lib. arb. deserere posset. cap. 11. de correctione & gratia num. 915.

Lib. arb. ad malum sufficit ad bonum autem & parum est, nisi adiuuetur ab omnipotenti bono, quod adiutorium, si homo ille per lib. nō deseruisset arb. semper esset bonus, sed deseruit, & desertus est. c. 11. de correctione & gratia. n. 915

Adiutorium dederat Deus Adę, per quod posset, permanere si vellet, sine quo non posset perseueranter bonum tenere, quod vellet, sed quia noluit permanere, eius culpa est, cuius meritum fuisset, si permaneret. cap. 11. de correct. & gratia. num. 915

Adiutorium quibus deest, iam pęna peccati est, quibus autē datur, secundum gratiam datur, non secundum debitum, & tanto amplius datur per Iesum Christum Dominum nostrum quibus id

dare placuit Deo. cap. 11. de correctione & gratia. n. 915.

Gratia prima est qua fit, vt habeat homo iustitiam, si velit, secunda gratia plus potest qua etiam fit vt velit, & tātum velit tantoque ardore diligat, vt carnis voluptate contraria concupiscentem voluntate spiritus vincat. c. 11. de correctione & gratia. n. 915.

Gratia illa, nec quidem parua erat, qua demonstrata est, etiam potentia lib. arb. quoniam sic adiuuabatur, vt sine hoc adiutorio in bono nō maneret, sed adiutorium si vellet desereret. cap. 11. de correctione, & gratia. n. 915

Voluntatem bonam tunc Deus dederat homini, in illa quippe cum fecerat, qui fecerat rectum, dederat adiutorium, sine quo, in ea non posset permanere, si vellet, vt autem vellet in eius lib. reliquit arb. c. 11. de correct. & gratia. n. 915.

Adiutorium Adam tale erat quod desereret cum vellet, & qui

& qui in quo permaneret si vellet, non quo fieret vt vellet, sed est potentior in secūdo Adam. c. 11. de correct. & gratia. n.915

Adiutorium quibus deest pœna peccati est, quibus autem datur secūdū gratiam datur non secundum debitum, & tanto amplius datur per Iesum Christum dominum nostrum, quibus id dare placuerit Deo. c. 11. de correc. & gratia. n.915

Adiutorium hoc si defuisset, vel homini, quam primum facti, quam non talis natura facta erat, vt sine diuino adiutorio possunt manere, si vellet, non vtique sua culpa cecidisset: adiutorium n. defuisset, sine quo manere non posset. c. 11. de correct. & gratia. n.915

Adiutorium Adam tale erat, quod desereret, cum vellet & in quo permaneret, si vellet, non quo fieret, vt vellet hoc prima gratia est, quæ data est primo homini Adā, sed est potentior, in secundo Adam. c. 11. de correct. & gratia. n.915

Adiutoriū aliud est, sine quo aliquid nō fit, & aliud est, quo aliquid fit, adiutorium sine quo aliquid non fit, est quando sine alimentis non possumus viuere, nec tamē cū adfuerint alimenta eis, fit, vt viuat, qui mori voluerit. Adiutorium alimentorum est ergo sine quo non fit, non quó fit, vt viuamus. At vero beatitudo, quam non habet homo, cum data fuerit, continuo fit beatus. c. 12. de correct. & gratia. n.916

Adiutorium est n. non solum sine quo non fit verum etiā quo fit propter quod datur. Quapropter hoc adiutorium, & quo fit est, & sine quo non fit. cap. 12. de correctione, & gratia n. 916

Adiutorium, & si datum fuerit sicut beatitudo, homini continuo fit beatus, & si data nunquam erit. Alimenta vero non consequenter, faciunt, vt homo viuat, sed tamen sine illis, non potest viuere. c. 12. de correct. n.916

Adiutorium datum est perseuerantiæ primo homini, qui in eo bono, quo factus fuerat

rat rectus accepèrat, posse non peccare, posse non mori, posse ipsum bonum non deserere, non quo fieret, vt perseuerantiæ, sed sine quo per lib. arbitriũ perseuerare non posset. cap. 12. de correctione, & gratia. n. 916

Adiutorium perseuerantiæ non tantum datur sanctis in regnum Dei per gratiam Dei prędestinantis, sed tale vt eis perseuerantia ipsa donetur non solum, vt sine isto dono perseuerantes sint, ego elegi vos Io. 15. de correctione, & gratia. n.916

Adiutorium dona, & vocatio Dei sine pœnitentia sunt, sed vocatio eorum, qui secũdum propositum vocati sũt pro quibus interpellat Christus nè deficiat fides eorum cap. 12. de correctione, & gratia. n.916

Liberati enim à peccato serui facti sunt iustitię, in qua stabunt vsque in finem donante sibi illo perseuerantiam, qui eos prœsciuit, & prædestinauit secundum propositũ vocauit, & iustificauit, & glorificauit. cap. 12. de correctione, & gratia. n.916

Deus nec de ipsa perseuerantia bom, voluit sanctos suos in viribus suis, sed in ipso gloriari, qui eis, non solum dat ad adiutorium, quale primo homini dedit, sine quo non possint perseuerare si velint, sed in eis ẽt operantur, & velle vt quoniam non perseuerabunt nisi, & possint, & velint perseuerandi eis possibilitas, & voluntas diuinæ gratiæ largitate donetur. cap. 12. de correctione, & gratia. n. 917

Voluntas hominis inualida facta est, & imbecilla in bono, adhuc paruo perseueraret per virtutem Dei cum, & voluntas primi hominis fortis, & sana in bono ampliore non perseueraret habens virtutem libero arbitrio quãuis non defutoro adiutorio Dei, sine quo non posset perseuerare, si vellet, non tamen, quo in illo Deus operaretur, vellet. cap. 12. de correct. & gratia. n.917

Tene quod habes nè alius accipiat coronam tuam. Apoc. 3. cap. 13. de correctione, & gratia

Tom. 7.
gratia. n.918
Gratiam pro gratia, i. pro his meritis, quæ contulit gratia non autem pro nostris meritis, cap. 13 de correctione & gratia. n.918
Lib. arb. demissi sunt non accepto perseuerantiæ dono, iudicio Dei occulto iusto. c. 13. de correctione, & gratia n. 919
Velle, vel nolle, sic in volentis, aut nolentis est potestate, vt diuinam voluntatem, non impediat, nec superet potestatem. cap. 14. de correctione, & gratia. n. 919
Peccauerunt omnes in Adam, in quo omnium hominum præformata est natura, eademque sententia, quã ille accepit obstricti sunt, neque ab hoc vinculo, etiamsi proprijs peccatis careant resoluuntur, nisi sacramento mortis, & resurrectionis Christi per Spiritum sanctum renascantur, sol. artic. secundi Aug. falso imput. n.922
Pelagij, & Celestij quinque blasphemiæ: quarum prima, Adam siue peccasset, siue nõ
Tom. 7.
peccasset moriturum fuisse idest nou peccatum eius neminem, nisi solum nocuit ipsum, Secunda hominem posse per liberũ arbitriũ tanquã per se sibi sufficienter implere, quod vult: Tertia, vel meritis operum à Deo gratiam dari. Quarta libidinem naturale bonum esse, nec in ea esse quod pudeat. Quinta paruulos baptizatorum filios, non trahere originale peccatum, neque perituros à vita ęterna sine baptismo, contra fidem catholicam solo quarti art. Augustf. falso imputati in libros Hiponticon, cont. Pelag. n. 926
Paruum valde sensum habemus ad discutiendum iustitiam iudiciorum Dei ad discutiẽdam gratiam gratuitam nullis meritis præcedentibus, cum præstãtur indignis, quã cum æque indignis, alijs denegetur. cap. 2. lib. 1. de meritis peccatorum vbi supra eodem. n.450
Peccauerunt enim omnes cum ex vno peccatore, omnes nascimur filij ire, & peccatores, & egent gloria, idest
gratia

gratia Dei patris per Iesum Christum, qui est gloria patris lib. 1. ad articulum. cōt. Pelag. n.932

Gloria Dei egere, quid est? nisi quia nemo idoneus per se nascitur carnaliter, vel operibus meritorum, vitam recipit perditam, nisi per Dominum nostrum Iesum Christum spiritualiter renascantur. lib. 2. ad artic. 2. cont Pelag. n.932

Lib. arb. seu per lib. arb. neminem posse per se sibi sufficere implere, quod velit recte dicimus. lib. 3. ad artic. 3. cont. Pelag. n.932

Velle & nolle prædocuit cui ad vtrunq. posse lib. donaret arb. quod male vtens incautus, dum sponte serpenti prębet suadenti consensum Domini præterijt præceptum omisso possibilitatis bono solum arb. velle potius est vulneratum. lib.ad artic. 3. cont. Perag. n.932

Lib.claudicamus arbitrio cūcti hoc vulnere, nec implere nobis naturaliter sufficit posse bonum, quia iam est viriata libertas, quæ non potest exoriri. lib.ad artic. 3. cont. Pelag. n.932

Gratia prima ipsa, qua primus homo stare potuisset, quando dimisit eum Dominus in manu consilij sui seu lib. arb. quam amisit peccando lib. ad artic. cont. Pelagium. n.932.

Adiutorio, homo si non eget, Christus nihil adiutorij, nihil salutis nobis præstitit, aut contulit mors eius nihil prorsus nobis salus naturalis nobis, talia prædicantibus fides catholica dicit anathema lib ad artic. 3. cont. Pelag. n. 933

Gratuita gratia sua auersos cōuertit ad se, & vt Deo placeant operibus bonis operatur in eis velle, & posse quorū cursum in hac vita propter futuram veram vitam misericordia eius præueniēdo, & subsequendo perficit lib. ad artic. 3. cont. Pelag. n. 933

Lib. arb. homines per peccatum possibilitatis bonum perdidit, non nomen, & rationem. lib. ad artic. 3. cont. Pelag. n. 933

Lib.

Tom. 7.

Lib. arb. per velle malum rectè perdidit posse bonum, quod per posse bonum potuit vincere velle malum. Quem iustæ Deus iam delicto captiuũ voluntati deprauatæ dimisit, vt hæc idem esset pœna in non faciendo, quod velit, qui semper si Deo fuisset obediens, sufficere potuisset ad omne bonum, quod voluntate voluisset. lib. ad artic. 3. cont. Pelag. n. 933

Lib. arb. ab arbitrando rationali considerationē, vel discernendo, quod eligat, quod nè recusẽt, puto quod nomen accepit, vel ideo lib. arb. dictum, quod in sua positum sit possibilitatem. lib. ad art. cap. 3. contra Pelag. n. 933

Lib. arb. esse fatemur oĩbus hominibus, habẽs quidẽ iudiciũ rationis, nõ per quod idoneũ quæ ad Deum pertinẽt, sine Deo, aut inchoare, aut certè per agere, sed tantum in operibus vitæ præsentis, tam bonis, quam malis, bonis dico, quæ de bono naturæ oriuntur idest velle laborare in agro, vel manducare,

Tom. 7.

& bibere, vel fabricare domum vxorem velle ducere pecora nutrire, artem discere diuersarum rerum bonarũ velle quicquid bonum ad præsentem pertinet vitam, quæ omnia non sine gubernaculo diuino subsistunt immo ex ipso, & per ipsum sunt & esse cæperunt. lib. ad 3. artic. contra Pelagium num. 934.

Lib. arb. in operibus malis dico vt est velle idolum colere, velle homicidium, velle adulterium facere, res alienas velle diripere, Deum viuentẽ in sęcula blasphemare velle turpiter viuere, vel maleficia discere velle inebriari, & luxurioſę viuere, velle quicquid non licet, vel non expedit operari: potest, & ex sẽ est lib. arb. & maculant animam, non autem benè viuere potest sine gratia. lib. ad 3. contra. Pelagium. n. 934

Lib. arb. dic hæreticę sic ex Adã susceptum, vt medicina Christi & adiutorio non indigens per se sibi sufficiat implere, quod velit audis Dei filium apparuisse, vt sa-

naret omnes oppressos à Diabolo, sanguinem suum fudēdo mundasse conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti lib. ad art. 3. contra Pelagiū n. 934.

Lib. arb. vitiato totus homo vitiatus est, per quod absq. adiutorio gratiæ, quod Deo placeat, nec valet incipere, nec perficere sufficit præuenitur autē, medicienim, ideſt Christi gratia vt sanetur, atque præparetur voluntas, quae semper indiget adiutorio Christi. lib. ad artic. 3. cont. Peleg. n. 935

Gratia estis saluati per fidem & hoc non ex vobis: Dei enim donum est, non ex operibus, vt nè quis glorietur 2. Tim. 1. lib. 3. artic. 3. cont. Pelag. n. 935

Voluntates hominum l apsas prçuaricatione veteris hominis per Christum nouum hominem reparari, & præpari ad Dei voluntatem, sicut scriptum est, præparatur voluntas à Domino, & Deus est qui operatur in nobis velle, & perficere. lib. ad artic.

3. cont. Pelag. n. 935

Lib. arb. voluntate sua homo adhuc in vitio lib. arb. claudicante non præuenit Deum vt cognoscat, & querat eam gratiam, tanquam pro meritis accepturus, sed præcedit misericordissima gratia sua Deus hominis ignorantis, & non dum se quęrentis volūtatem lib. arb. vt cum se scire, & quęrere faciat. 1. Io. 5. & Dauid psal. 58. misericordia eius præueniet me. lib. ad artic. 3. cont. Pelag. n. 935

Meritum malum est in hominibus tam in paruulis, quam in maioribus præcedens iudicia Dei, vt iusto eius iudicio puniantur. lib. ad art. 3. cont. Pelag. n. 936

Peccatum Adæ sine gratia Dei ideſt per se solum sanare nō potest, nec spontè ad paradisum reuersi, sancto cum numero sāctorum sociandus nec cum gratia meritis vllis accipere, sed totum sua misericordia, Deum per agere lib ad artic. 3. cont. Pelag. n. 937.

Lex in sacerdote per quem sacerdotium, & sacrificia institu-

Tom. 7.

ſtituta ſunt in lequita, vaticinium prophetarum intelligitur, quorum temporibus genus humanum ſaluari non potuit. lib. ad art. 3. contra Pelag. n. 937

Lex iubet, vt cognoſcat homo ſe peccatorem eſſe, cognitio peccati non abolutio, & nihil ad perfectum adduxit. lib. ad artic. 3. cont. Pelag. n. 937

Lib. arb. poſſibilitatis bono vitio primi hominis niſi perdito à iuſtorū erraſſe cōſortio oſtenditur per ouem perditam, ex centum ouibus, nec per ſe ad paradiſum de quo exiuit, poſſe reuerti, niſi indebita gratia ſua. lib. ad artic. 3. contra Pelagium. n. 938

Deum non credente, ideſt ignorante, vt cognoſcat; & credat, in quo opera bona nulla ſunt dictum eſt non volentis, neque currentis, ſed Dei miſerentis eſt, quia in vanitate ſenſus, atque tenebris obſcuratum habens intellectum lib. arb. lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem

Tom 7.

in hunc mundum videre nō poteſt, niſi Deus propter ſuam miſericordiam illuxerit in corde ſuo. lib. ad 3. art. cont. Pelag. n. 939

Lib. arb. libertas erit ad capeſſenda Domini præcepta, cum acceperit ſpiritum Domini, quia vbi ſpiritus Domini ibi libertas. lib. ad artic. 3. contra Pelagium. num. 939

Miſericordia motus eſt, quia in eo qui iacidit in latrones, quo curari dignus eſſet meritum Samaritanus, ideſt Chriſtus, acellum inuenit. lib. ad artic. 3. cont. Pelag. n. 938

Homo non poteſt à ſe facere quicquam, niſi datum fuerit illi deſuper Io. 19. lib. 3. ad artic. 3. contra Pelagium. n. 939

Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram. Nam quod oremus ſicut oportet neſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis, ideſt ſpiritus poſtulare nos facit. lib. ad artic. 3. cont. Pelag. n. 939

Lib. arb. quod ſine Deo bonum opus ideſt quod ad eius sā-

ctum propositum pertinet nec incipere, vel perficere possit, quisquis sic esse dixerit, catholicus est, & qui negauerit catholicus non est. lib. ad artic 3. cont. Pelag. n. 939

Homo sola volũtate sua, si præsumat mundari voluntate, non potest, imo nec ex corde penitere cõpellitur, quia Petrum nisi Dominus respexisset, nunquam penitentia motus amare fleuisset. lib. ad artic. 3. contra Pelag. n. 939

Gratia Dei apprehenditur ad donandũ lib. arb. vt & male conuersationis deposita feritate humilietur, & vt ad obediendum in opus Domino necessarium corrigatur, & ita per eius semper curam incipiat in Dei proficere voluntate. lib. ad artic. 3. cont. Pelag. n. 940

Lib. arb. dum homo gratia Dei immemor, in prosperis efficitur, & tam de sui possibilitate gloriatur, extollitur eius flagello corripitur. lib. ad artic. 3. cont. Pelag. n. 941

Gratia nec sine lib. arb. facit

hominem habere bonam, beatamque vitam, nec lib. arb. sine gratia. lib. ad artic. 3. cont. Pelag. n. 941

Voluntates præparantur à Domino à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum est, vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo, quia ex operibus non iustificabitur omnis caro coram illo. lib. ad artic. 3. cont. Pelag. n. 942

Gratiæ donum non ex operibus nostris, sed ex vocante dictum est. lib. ad artic. 3. cont. Pelag. n. 942

Lib. arb. opera, quę gratiæ, præponuntur, & ex his tanquam ex meritis in Christo iustificari extolluntur damnamus auctoritate diuina. Apostolus Gal. 1. lib. ad artic. 3. cont. Pelag. n. 943

Lib. arb. opera, quę vt fiãt, prę parantur per gratiæ præuentum, nullo liberi arbitrij merito, & ipso faciente gubernante, & perficiente, vt abũdaret in libero arbitrio non damnamus, quia ex his homo iustificatur. lib. ad art. 3. cont.

contra Pelag. n. 943

Lib. arb. homo habet malum meritum, cum vitio suo, iam baptizatus declinat à bono, & facit malum, ideſt, cum derelinquit Deum, & diligit ſæculum, & Deus reddit ei ſecundum opera ſua, & vnicuique, &c. lib.ad art. 3. contra Pelag. n. 943

Cor purum habere in hac vita, poſitus, nemo gloriabitur, nec quiſquam dicit ſe eſſe ſine peccato. lib. ad art. 3. contra Pelag. n. 944

Merito per auxilium gratiæ labor indictus eſt in præſenti vita, vt fiant non præmiſſorum reditio meritorum. lib.ad art. 3. contra Pelag. n. 844.

Gratia, ſeu donum Dei eſt, quicquid homo in præſenti vita fuerit conſequutus, non meritum. lib.ad art. 3. cont. Pelag. n. 944

Meritum redditur iuſtiſſimi opera ſua, quorum per totam ſæculi vitam meritum omne fuit gratia, vt gaudentes iam merito dicant animæ ſuæ. Benedic anima mea Dominum, & noli obliuiſci

omnes retributiones eius Pſal. 102. lib.ad art. 3. contra Pelag. n. 944

Sancti omnes Dei, qui ante aduentum fuere, ante incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti fide, non alia, niſi qua nunc eſt ſaluificati. lib. ad artic. 3. contra Pelag. n. 944

Fidem ſe nemo glorietur pœnitus ex proprio ſenſu genuiſſe in ſe: per quam poſſit credere Deo, ſed agnoſcat, tam ante legem, quam ſub lege, & poſt legem, fidem, quæ eſt, in Chriſto Ieſu, per illuminationem gratiæ, quæ à Deo patre eſt, vnicuique reuelatam ad ſalutem. lib. ad artic. 3. contra Pelag. n. 945.

Fidelem vnumquemque eſſe ſecundum donum gratiæ, non ſecundum meritum propriæ voluntatis, propriæ voluntatis meritum bonum tunc eſt, quando gratiæ donum præcedit vnuſcuiuſque voluntatem, & operatur, vt meritum faciat homo, per propriam voluntatem. lib. ad art. 3. cont. Pelag. n. 945

Volun-

Tom. 7.

Voluntas mea ad bonum peragendum de se præsumens, & nō de Deo, nihil proficit; ad malum vero etiam, quod non vult aliquoties inclinatur, vt velit. lib. ad art. 4. contra Pelag. n. 949

Velle adiacet mihi perficere autem bonum non inuenio. lib. ad art. 4. contra Pelag. n. 949.

Velle adiacet mihi, perficere autem non inuenio lib. ad art. 4. n. 950

Deus iustus, & misericors præsciusque futurorum, ex hac damnabili massa, non personarum acceptione, sed iudicio æquitatis suæ irreprehensibile, quos præscit misericordia gratuita præparat, ideſt prædestinat ad æternā vitam, cæteros autem pœna debita punit. lib. ad 5. art. contra. Pelag. n. 960

Deus est, qui iustificat impiū, non præuentus humana voluntate, sed ipse præueniens hominis voluntatem misericordia sua, Deus meus misericordia eius præueniet me Psal. 58. lib. ad 5. art. contra Pelag. n. 960

Tom. 7.

Iustificati gratis per gratiam ipsius, qui redemptionem, quæ est, in Christo Iesu. lib. ad art. 5. contra Pelag. n. 960.

Prædestinatio diuinæ voluntatis est donum, non humanę fragilitatis est meritum. lib. ad art. 5. contra Pelag. n. 963.

Homo à se non potest facere quicquam: nisi datum illi fuerit desuper, non hoc agit Deus summe bonus malitia, sed iustitia, nec personarum acceptione, sed causarum secretarum discretione. lib. ad art. 5. contra Pelag. n. 963.

Peccatum vitari posse, si natura vitiata sanetur gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum lib. 6. ad art. 5. contra Pelag. n. 965

Peccatum, non est naturale, sed est naturæ vitiatæ vnde facti sumus natura filij iræ parūq; est ad non peccandum voluntatis arb. nisi adiuta sanetur gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrū, lib. ad art. 5. contra Pelag. n. 965.

Deus

Tom. 7.

Deus hominem bonum non seipsum, vt sit bonus reficit, dum volentem inuocantem liberat à malo. lib. ad art. 5. contra Pelag. n. 967

Homo adiuuante gratia, potest esse sine peccato, sed etiam per facile posse voluntate mutari. lib. ad art. 5. contra Pelag. n. 967

Charitas, vt habeatur etiam tanta quanta in corpore mortis huius haberi potest parum nostræ voluntatis arbitrium, nisi adiuuet gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum. lib. ad artic. 5. contra Pelag. n. 971.

Voluntas nostra non implet, quod agit, nisi diuinitus adiuuatur, non quia non agit, & sic dicitur Dei misserentis, qui adiuuat voluntatem nostram. lib. ad art. 5. contra Pelag. n. 977

Fides est initium corrigendi cor veniens, & pertransibit ab initio fidei, & quisquis ita elegerit bonum, sicut vni cuique Deus partitus est mēsuram fidei Roman. 12. lib. ad artic. 5. contra Pelag.

Tom. 7. & 8.

n. 978.

Adiuuatur homo, si inuocat, si credit, si secundum propositum vocatus est, non tamen adiuuatur, nisi qui etiam ipse aliquid agit, quoniam quos ante prescisuit, & prædestinauit conformes fieri immaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus, in multis fratribus. lib. ad art. 5. contra Pelagium, & falsitates eius, atque blasphemias eius. n. 978.

Tom. 8.

EXurge Domine, id est fac me exurgere. Psal. 5. verba mea. n. 17

Voluntas bona Dei præcedit bonam voluntatem nostrā, vt peccatores vocet ad pœnitentiam, & ipsa sunt arma, quibus expugnatur inimicus. Psal. 5. verba mea auribus percipe. n. 20

Meritum nullum habet peiccator, qui adhuc iustificari desiderat credens in eum, qui iustificat impium miser icors auxilium ibi est. Psal. 6: Domine nè in furore tuo. n. 29

Iustifi-

Tom. 8.

Iustifica per Christum, qui pro nobis mortuus est, iuxtam auxilium meum à Domino. Psal. 6. Domine nè in furore tuo arguas me. n. 30

Retribuit mihi Dominus, secundum iustitiam bonæ voluntatis, qui prior præbuit misericordiam antequam haberem bonam voluntatem, & secundum puritatem factorum meorum retribuet mihi, qui tribuit, vt bene facerem, adducendo me in latitudinem fidei. Psal. 12. Vsquequo Domine. n. 58.

Dei correctio deuiare non sines dirigit iustos fauore gratiæ suæ, nè impediant carnales affectiones. Psal. 17. Diligam te Domine. n. 59

Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei iustificati gratis, per sanguinem ipsius, quia gratis ideo gratia. Psal. 18. Cœli enarrant gloriam. n. 62.

Gratia non est, gratia nisi gratuita, quia nihil boni antecesseramus, vnde talia dona mereremur, sed supplicium non fertur gratis. Psalm. 18.

Tom. 8.

Cœli enarrant gloriam. n. 62.

Gloria Dei datur nobis, non nostra. Nihil boni fecimus, & tamen tantum bonum accepimus, præuenit enim nos, vtique præuenit misericordia nos. Psal. 18. Cæli enarrant. n. 62

Gloria Dei omnes egent, quia peccauerunt omnes, quidam donum Dei habent, & nolunt, in Deo gloriari, sed in se, & non pertinent ad decorem domus Dei. Psal. 24. Ad te Domine leuaui. n. 84.

Libertatem arbitrij dedisti, sed sine te nihil est mihi conatus meus, adiutor meus esto, nè derelinquas me. Psal. 26. Dominus illuminatio mea. n. 93.

Homo intelligit sapit, discernit bonum à malo, & in hoc factus est, ad immaginem, & similitudinem Dei, & ratiocinatur. Psal. 29. Ad te Domine leuaui. n. 99

Pauor in morte, est ex humana infirmitate, spes ex diuina promissione, quod paues tuum est, quod speras

donum

donum Dei est. Psalm. 30. In te Domine speraui n. 107.

Iustitia Dei est, quæ & nostra fit, cum donatur nobis; iustitia Dei dicitur nè homo se putet à seipso habere iustitiam. Psal. 30. In te Domine speraui. n. 108

Iudæi zelum Dei habent, sed non secundum scientiam, ignorantes enim Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti, & ideo gratiam Dei non cognouerunt. Psal. 30. In te Domine. n. 109

Gratia Dei, gratis datur, per Iesum Christum in Dominum nostrum, quia merita non præcesserunt, sed beneficia Dei præuenerunt te illi ergo gloria, qui nos liberat. Psal. 30. In te Domine speraui. n. 109.

Merita nostra, quando Deus nulla inuenit merita, sortè voluntatis suæ, nos saluos fecit, quia non digni sumus, seu fuimus? Psal. 30. In te Domine speraui. n. 117

Gratia salui facti estis, qui per fidem, & hoc non ex vobis, si Dei donum est, non ex operibus, quasi vos bene feceritis, vt ad hoc accedere, digni essetis, non ex operibus: nè forte, quis extollatur, sed quodammodo fors occulta est, quæ voluntas Dei est. Psal. 30. In te Domine speraui. &c. n. 118

Gratia Dei iustificationi nostræ, nullis præcedentibus meritis nostris, sed præuenientes gratia, & misericordia Dei nostri nos. Psal. 31. Beati quorum. n. 123

Nè præsumas ad regnum de iustitia tua, nè præsumas ad peccandum de misericordia Dei Prouerb. 4. Psal. 3. Beati quorum. n. 174

Homo si se iustificauerit, & de iustitia sua præsumpserit, cadit si considerauerit, & cogitans iniquitatem suam, & præsumpserit de misericordia Dei, neglexerit vitam suam mundare à peccatis suis, & se omni turpitudine nefandorum demerserit, & ea dedet præsumptio de iustificatione, quasi dextera est, cogitatio impunitatis peccatorum, quasi sinistra est. Psal. 31.

Beati quorum, &c. n. 124

Fidei nulla opera debemus anteponere, ideſt ante fidem quiſquam dicatur bene operatus: ea enim, ſcilicet fides ante eſt, quamuis videantur hominibus laudabilia inania ſunt. Pſal. 31. Beati quorum. &c. n. 125

Abraham habet gloriam ad Dominum Deum. At ſi ex operibus iuſtificatus eſt Abraham, habet gloriam, ſed non ad Deum, ad Deum autem habet gloriam, ſed non ex operibus iuſtificatus eſt à Deo, iuſtificatus eſt ex gratia credidit Abraham. Pſal. 31. Beati quorum. n. 125

Opera bona nemo computet ante fidem, vbi fides non eſſet, bonum opus non erat, bonum opus intentio facit, intentionem fides dirigit. Pſal. 31. Beati quorum &c. n. 125.

Gratia merees, gratia vocatur noſtra, ſi gratia eſt gratis datur, & gratis conſtat. Nihil boni feciſti, & datur tibi remiſſio peccatorum attenduntur opera tua, & inueniuntur omnia mala, ſi quod

debetur, Deus operibus, redderet vtique damnaret ſtipendium peccati mors. Pſal. 31. Beati quorum. &c. n. 127

Deus non dat nobis debitam poenam, ſed indebitam gratiam debebat vindictam, dat indulgentiam. Pſal. 31. Beati quorum. &c. n. 127

Homini, qui operatur, ideſt, qui de operibus præſumit, & eorum merito, ſibi dicit datam eſſe gratiam fidei merces non imputatur, ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. Pſal. 31. Beati quorum. &c. n. 127

peccatorem te noueris prima inteligentia conſequens intelligentia eſt, vt cum ex fide, per dilectionem bonæ œperis operari, nè hoc viribus tuis, ſed gratiæ Dei deputaueris. Pſal. 31. Beati quorum. &c. n. 129

Aurum ſi volueris fortè, non habebis, Deum cum volueris habebis, quia antequam velis, venit ad te, & cum auerſa voluntate eſſes, vocauit te, & cum conuerſus eſſet terruit te, & cum territus confitearis conſolidatus eſt.

est psal. 32. Exultate iusti n. 148.

Deus adiuuat in pugna, protegit ab estu, non deserit tollerat dura psal 23. Exultate iusti. &c. n. 150

Dei arma, quibus non solum nos muniat, sed etiam percutiat inimicos, si bene protecerimus, & nos erimus, sicut etiam nos, vt armemur ab illo habemus, ipse armatur de nobis. psal 34. Iudica Domine. &c. n. 166. & 167

Homo tu ex te, & ex viribus tuis nihil potes, adiuuat te Deus qui tibi sermonem misit, & vincitur iniquitas, si tu illam odisti, & Deus dimisit, & erit liber, & è contra psal. 35. dixit iniustus. &c. n. 178

Peccatum, & iniquitatem oderis, vt iungas te Deo, qui tecum illud oderit, & si carne, propterea seruis legi peccati, quia sunt in te delectationes quędam carnales, tũc nullæ erunt. psal. 35. dicit Iniustus. n. 180

Homo quilibet habet istam misericordiam primo vt discernatur, à pecoribus, vt

rationale sit animal, quo possit Deũ intelligere, deinde frui ista luce, ista vero pluuia, fructibus diuersitate temporum, solatijs toriensis salute corporis, affectu amicorum, saluti domus sue, & dicuntur Dei munera. Psal 35. Dixit iniustus. &c. n. 181

Gratia ipsa beneficij Dei prima est redigere nos, ad confessionem infirmitatis, vt quic quid boni possumus, quicquid potentes sumus in illo simus, qui gloriatur in Domino glorietur. Psal. 38. Dixi custodiam. &c. n. 231.

Animas seipsum, per seipsum vt det ipse, vt norit se, sed non videt se, & corporalium oculorum quærit auxilium, immo ab omnibus corporis sensibus abstrahit, se à se, vt videat se in se. Psal. 41. Quemadmodum desiderat! &c. n. 256.

Iustitia Dei, fides est Christianorum, & credulitas, iustus ex fide viuit. Psal. 34. Expectas. &c. n. 241

Sperare noli de te, sed de Deo tuo, nam si speras de te, anima tua conturbatur ad te,

quia nondum inuenit, vnde
sit sectura, de te, sed spera in
Deo. Psal. 41. Quemadmo-
dum desiderat, &c. n. 258
Qui se putat stare, videat ne ca-
dat. 1. Cor. 10. Psal. 41.
n. 258.
Laus Dei, non potest esse, nisi
in sanctis eius, nam qui ma-
le viuunt, Deum non laudāt,
sed quia & si prædicant lin-
gua blasphemant vita, & sic
laus, non est Dei in infidelib-
bus, non in hæreticis, nec
in malis Christianis. Psalm.
47. Magnus Dominus, &c.
n. 301.
Iustus si fueris, nam nemo iu-
stus, nisi humilis, & pius, &
de iustitia tua inflatus inces-
seris, & alios in tua compa-
ratione contempseris, & su-
perexaltaris, tanquam glo-
rians de meritis tuis, non
me laudas, nec, qui quasi
de suo viuit, sicut Phariseus.
Psal. 49. Deus Deorum.
n. 330.
Male si viuis, & bona dicis,
nondum laudas, rursum si
cum cœperis bene viuere, &
meritis tuis tribuas, quod
bene viuis, nondum laudas,
id est laudem esse non depu-
tet. Psal. 49. Deus Deorum.
&c. n. 330.
Merces imputatur, secundum
gratiam, gratia enim gratis
datur, ideo gratia vocatur,
& sic nulla merita præcesse-
runt tua, aliter imputaretur,
secundum debitum, quod
non est dicendum, quia te
vis laudare, non Deum, &
ideo nō agnoscis Christum,
qui venit cum gratia Dei, me
rita autem tua mala fuisse,
& si non tibi, deberentur
nisi supplicium non præmiū.
Psal. 49. n. 331
Radix nostra, charitas est, fru-
ctus nostri, opera nostra, o-
pera vt valeat opus, vt de
charitate procedant. Psalm.
51. Quid gloriaris. n. 241
Dono Dei, quod creatura fa-
cit, Deus facere dicitur, vt
cum misereris pauperis, quia
dono Dei facis, Deus mise-
retur: Tu illuminabis lucer-
nam meam Domine. Psalm.
54. Dixit insipiens. &c. 359
Spiritus enim omnia scrutatur,
etiam altitudinem Dei, non
quia ille scrutatur, qui no-
uit omnia, sed quia tibi do-
natus

natus est spiritus, qui te fecit seruari, & quod dono ipsius tu facis, ille facere dicitur. psalm. 52. Dixit insipiens &c. n. 351

Sancti omnes adiuuantur à Deo, sed intus vbi nemo videt. psal. 53. Deus in nomine tuo &c. n. 357

Meritis bonis nullis præcedentibus saluos nos facit, pro nihilo immo talia præcesserant merita, de quibus damnaremur, nihil boni attulit, & saluus factus est. psal. 55. Miserere mei Domine &c. n. 376.

Peccatum peccato, quamdiu concessis ligas te, solue te à peccatis, sed non potes, veniet gratia Dei, vt delectet te iustitia, sicut delectabat iniquitas. psal. 57. Si vere vtique &c. n. 391

Misericordia dicitur, quia non merita nostra attendit Deus, sed bonitatem suam, vt peccata nobis omnia dimitteret, & vitam æternam promitteret. psal. 60. Exurgat Deus, n. 423

Iustificatio ad salutem, pertinet glorificatio, ad honorem. psal. 61. Nonne Deo &c. n. 430.

Iustum quod est à te, tibi est' vt tu tibi potes dare iustitiã, nemo sibi dat, quod non habet: ergo cum sis iniustus, esse non potes iustus, nisi conuertendo te ad quandã iustitiam, manentem, à qua si recedis, iniustus es, ad quẽ si accedis, iustus es, à qua si recedas, seu te recedentem, non deficit, te accedente non crescit. psal. 62. Nonne Deo. n. 434

Merita illorum, mala erant, sed tu propter misericordiã tuam quia ita est præparatio tua, parasti cibum illorum, nihil enim promeruerunt, quibus peccata donasti psal. 64. Te decet hymnus &c. n. 459.

Christus descendit in spiritu reparare genus humanum, & dare gratiam suam omnibus intelligentibus, quia gratiã illius, non ex meritis eorum, psal. 65. Iubilate Deo. num. 462.

Deus est qui operatur in nobis velle, & perficere, pro bona sua voluntate. psal. 67. Iubil.

Deo

Deo. &c. n. 463

Accessit tibi ex lege, non iustificatio, quam lex iubet, sed præuaricatio, quã tu fecisti. psal. 65. Iubilate. n. 467

Peccatores omnes fuerunt, nemo ex bono venit ad Christum, omnes peccauerunt, sed credendo iustificantur, perfecta iustitia non erit, nisi in illa vita. mores boni ad profectum ab ipso inspirantur, ab ipso donantur, noli tua merita computare. psal. 65. Iubilate. n. 476

Homines salui facti sunt per fidem, & hoc non ex ipsis, sed donum Dei est, non ex operibus, ne forte quis extollatur. psal. 67. Exurgat Deus. n. 481

Dona alia sunt, quæ Deus dat inimicis, & alia, quæ seruat amicis suis. psal. 66. Deus misereatur, &c. n. 472

Gratis, non ex operibus, alioquin gratia non est gratia. psal. 67. Exurgat. Deus. nu. 482

Lex subintrauit, vt abundaret delictum, sed quoniam plenitudo legis, charitas est, ideo per charitatem lex impletur, non per timorem. psal. 67. Exurgat Deus. nu. 488

Anima mea tanquam vidua, & desolata, & destituta, & ego tanquam pupillus, auxilium quæro semper infirmitatem meam confiteor. psal 69. Deus in adiutorium meum. n. 516

Iustitiam Dei ignorantes, & suam constituere volentes, iustitiæ Dei non sunt subiecti. psal. 70. In te Domine speraui. n. 517. & 519

Ignorantes iustitiam Dei, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei nõ sunt subiecti. psal 70. In te Domine. n. 519

Lex non est data, ad dandam salutem, si enim posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia, sed concludit scriptura, omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. psal. 70. In te Domine speraui. n. 525.

Lex enim sine gratia sola littera est, manet ad conuincendam iniquitatem, non ad dandã salutem. Psal. 70. In te Domine speraui. n. 525

Gra-

Tom. 8.

Gratiam necessariam esse, vt impleantur præcepta, Psal. 70. In te Domine speraui, n. 525.

Gratiã Dei, qua gratis salui facti sumus, nullis nostris meritis præcedentibus; nisi, quibus suppliciũ debebatur in Psal. 70. commendari insinuamus. Psal. 70. In te Domine speraui. n. 526.

Lex non poterat viuificare; sicut nec baculus Helisæi, puer seruum potuit suscitare filium Viduæ. Psal. 70. In te Domine speraui. n. 526

Mortui sunt omnes infideles, omnes iniqui, corpore tamen viuunt, sed corde extincti sunt. Psal. 70. In te Domine speraui. n. 528

Anima exuscitatur à Deo, quãquam, & corpus exuscitetur à Deo, sed Deus, quando exuscitat, corpus mundo, reddit quando exuscitat, animam sibi reddit, si recedat aer mundi istius, moritur corpus, si recedat Deus: moritur anima, si accedat, viuificatur suscitaturque. Psal. 70. In te Domine speraui. n. 528

Tom. 8.

Vitæ duæ sunt, vna corporis, altera animæ; vita corporis est anima; vita vero animæ est Deus. Psal. 70. In te Domine speraui. n. 528

Anima non viuit Deo absente, sicut viuit corpus Domino absente, vt patet de Lazaro suscitato. Psal. 70. In te Domine speraui. n. 528

Adiutorium gratiæ cõmendauit, & quod est in remissionem peccatorum, cum ait parcet pauperi, & inopi Psal. 71. Deus iudicium tuũ n. 539.

Gratia Dei salui facti sumus, & hoc non ex nobis, sed Dei donum est, non ex operibus nostris. Psalm. 73. Vt quid Deus repulisti. 558.

Deduxisti me in volũtate tua, non in iustitia mea cum gloria suscepisti me, id est dono tuo, non opere meo. Psalm. 73. Vt quid Deus repulisti. n. 559.

Humiles Deus consolatur, in spe hoc agens, vt nè quisquã superbi de se præsumat, nè quisquam humilis de Domino desperet. Psal. 74. Vt quid Deus: n. 562

Gratia

Gratia, cuius ipsi sunt sacramenta, qua membra corporis Christi, cum suo capite regenerata sunt non est communis omnibus, sicut patet de hæreticis habentibus baptismum communem nobiscum Psal. 77. Attendite populi. n. 586

Gratia salui facti estis, per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est, non ex operibus, nè forte quis extollatur. Psal. 77. Attendite populè meus. n. 591

Gratia, seu occulta vocatione, & inspiratione etiam ipse quæsitus est, & reuiscatus, non nisi ab illo, qui iustificat omnia, surgam, & ibo ad patrem meum. Psal. 77. n. 596.

Homo potest per seipsum in via iniquitatis ambulare, non potest autem per seipsum redire, nisi gratia reuocetur. Psal. 77. Attendite populè. n. 596.

Homines à potestate dæmonũ, non liberat, nisi gratia Dei. n. 599.

Deus tradidit illos in concupiscentias cordis eorum, vt faciant, quæ non conueniunt, non illic mali Angeli, tanquam in materia sui operis versantur, & gaudent, quibus iustissimè subdita est, vitiositas humana, præter eos, quos liberat gratia, misit, in eos iram. Psalm. 77. Attendite populè meus. n. 599.

Homo cum viderit, quod quicquid boni habet, non à se habere, sed à Deo suo, videt, quia eorum quod in illo laudatur de misericordia Dei est, non de meritis ipsius, & videndo ista non superbit, nec extollitur. Psalm. 84. Benedixisti. n. 640.

Confessio peccatorum ab homine, & iustitia de cælo prospexit, id est à Domino Deo data est, iustificatio confitenti, vt ipse agnoscat impius, pium se fieri, non posse, nisi illo fecerit, cui confitetur credendo in eum, qui iustificat impium. Psalm. 84. Benedixisti Domine. n. 644.

Auersi sumus à te, & nisi tu conuertas, non conuertemur,

Tom. 8.
mur, conuerte nos. Psal. 79. n. 611.
Peccata tu potes habere fructum bonum non potes habere, nisi ille dederit, cui confiteris. Psal. 84. Benedixisti Domine.. n. 644
Gratia Dei occulta est, qua hominum mentes quodammodo reuiuiscunt, vt possint à quibuslibet eius ministris, præcepta sanctitatis audire. Psal. 87. Deus salutis meæ, &c. n. 666
Gratia tua, in quibus occulta non operatur, qua trahuntur, vt credant, non impij commouentur ad fidem, nec medici eos exuscitabūt, vt confiteantur tibi, quia nemo venit ad Christum, nisi traxerit eum, &c. Psal. 87. Deus salutis, &c. n. 667.
Fides non omnium est, & nouit Dominus, qui sunt eius, nec credere potuissem, nisi me Dei misericordia, præueniisset. Psal. 87. Domine Deus. &c. n. 668
Christus dat nobis ad eum fiduciam, non meritum nostrum, sed illius misericordia. Psal. 88. Misericordias Domini. &c. n. 669
Meritum nostrum, non dat ad Christum fiduciam, sed eius misericordia. Psalm. 88. Misericordias Domini. &c. n. 669.
Meritis nostris infirmi sumus, misericordia Dei robusti sumus. Psal. 88. Misericordias Domini, &c. n. 669
Promissio, non secundum merita nostra, sed secundum misericordiam suam, firma est, de qua nemo debet dubitare. Psal. 88. n. 670
Chirographum Christus suo sāguine deleuit. Psalm. 88. n. 673.
Adiutorio Dei vincimus, non autem ex nostra præsumptione protegit, ergo nos Deus cæli, si dicamus Domino dicet Domino susceptor meus es tu. Psalm. 90. Qui habitat in adiutorio. &c. n. 694.
Capitis reclinatio, humilitas Christi est, nisi reclinaret caput, non iustificaremur. Psalm. 90. Qui habitat. n. 697
Boni, nihil potes operari, nisi illu-

illuminatus à lumine Dei, & feruefactus, à spiritu Dei, quando videris te bene operantem, confitere Deo. Psal. 91. Bonum est confiteri Domino. n. 703

Mendacium, qui loquitur, de suo loquitur omne peccatũ mendacium est. Io. 8. idest, qui peccat de suo peccat, & qui loquitur veritatem, de Deo loquitur, Deus veritas est. Psal. 115. Psal. 91. Bonum est. &c. n. 703

Cor tuum iũge æternitati Dei, & cum illo æternus eris, non autem temporalis. Psal. 91. Bonum est. &c. n. 704

Deus clamantes ad se etiam paganos, non eos audit ad æterna, nisi in monte sancto eius adorauerit, sed ad temporalia eos audit. Psal. 98. Domine regnauit irascantur. &c. n. 764

Homines nos in nobis victi sumus in illo tamen vincimus, ergo coronat te, quia dona sua coronat, non merita tua, non ego laboraui, inquit Apostolus, sed gratia Dei mecum. 1. Cor. 15. Psal. 102. Benedic anima mea Dominum, & omnia quæ n. 797.

Deus non cessauit vocare, aut vocatum neglexit instruere, aut instructum cessauit perficere, aut perfectum neglexit coronare. Psal. 102. Benedic anima mea, & omnia, &c. n. 795

Deus adiuuat, cum homo luctatur, & finito certamine Deus illum coronat. Psalm. 102. n. 797

Homo non præsumas de viribus tuis, firmitas petræ tibi excutit vetustatem: petra autem erat Christus. Psal. 102. Benedic anima mea Dominum, & omnia, &c. n. 798

Gratia in æternum manet, & peccata in æternum occidunt, quia quantum distat Oriens, ab Occidente, tantum longè fecit à nobis peccata nostra, vt illa occidant, & gratia oriatur. Psal. 102. Benedic anima mea. &c. n. 804

Dona Dei sunt, & non tantum bonis, & malis communia, sed etiam bestijs, & pecoribus. Ipsum esse viuere, videre

dere sentire, audire, & cæteris fungi sensuum, muneribus dona Dei sunt. Psal. 103. Benedic anima mea, &c. n. 814

Latitudo, longitudo, & profundum, fortassis crucem Domini significat: erat enim latitudo in qua porrectè sunt manus, longitudo à terra surgens in qua erat corpus infixum: altitudo ab illo dextro ligno sursum, quod eminet profundum vbi fixa erat crux, & ibi omnis spes vitæ nostræ, vide crux. Psalm. 103. Benedic anima mea. n. 813

Gratiam à spiritu eius accepimus, vt iustitiæ viuamus, quia ipse est, qui iustificat impium. Psal. 103. Benedic anima mea. n. 828

Salutem vestram, ipsorum cum timore, & tremore operamini, Deus enim est, qui operatur in nobis velle, & perficere. Psal. 103. Benedic anima mea Dominum Domine. &c. n. 839

Adiutus est, spiritu homo, vt quemadmodum, noluit esse fur, sic non sit, & cætera. omnia, quæ voluit homines vincere, & sæpe inflexi superantur, vt exclament ad Deum, vt de necessitatibus eorum eruat eos. Psal. 106. Confitemini Domino, &c. n. 860.

Christus reddit bonum pro malis, qui iustificat impium, & pendens in cruce dixit: Pater ignosce illis: quia nesciunt, quid faciunt, & Stephanus etiam, nè statuas illis hoc peccatum. Psal. 108. Deus laudem meam. &c. n. 867

Adiutorio filius in forma Dei non indiget: æqualiter enim cum patre omnipotens est, ex quo, & ipse adiutor est hominis, & suscitauit illum. Psal. 108. Deus laudem meã, &c. n. 873.

Opera Domini non sic sunt constituta, vt creatura in arbitrio libero constituta, creatoris, superet, voluntatem etiam si contra eius faciat voluntatem. Psal. 110. Confitebor tibi Domine. &c. n. 887.

Homo iustitiam non operatur, nisi iustificatus, credens in

eum, qui iustificat impium, à fide incipit, vt bona opera nou præcedentia, quod meruit ad consequentia, quod accepit ostendant. Psal. 110. Confitebor tibi Domine. &c. n. 887.

Gratia enim, salui facti estis, per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est, non ex operibus, nè fortè, quis extollatur. Ephes. 2. & 5. Psal. 112. Laudate pueri Dominũ; n. 892.

Gratia erumpentis aquæ de petra, petra autem erat Christus, non qua si ex operibus præcedentibus data est, sed miserante illo, qui iustificat impium. Psal. 113. In exitu Israel. n. 896

Meritis nostris, neque nos, peruenimus ad misericordiã Dei, sed Dominus memor fuit nostri, & benedixit nobis. Psal. 113. In exitu Israel. &c. n. 900

Homo peccato suo mẽdax est, dono vero Dei verax. Psal. 115 Credidi propter quod, &c. n. 905

Homo, quantum ad ipsum hominem pertinet, mendax est;

sed gratia Dei verax, effectus est, nè pressuris inimicorum cedens, nõ loqueretur, quod crediderat. Psalm. 115. Credidi propter quod, &c. n. 904.

Adiuuari nos solum, quidam putant ad faciendam iustitiam, diuinitus, quod Dei præcepta nobis in notitiam proferuntur, vt ea cognita, iam sine gratia Dei solis nostræ voluntatis viribus impleantur, quod falsum est. Psal. 118. Beati immaculati, &c. n. 916

Peccatum meum per bonum mihi operatur mortem, nisi adiuuetur gratia Dei. Psal. 118. Beati immaculati. n. 916

Hominis mandatis eius rectis, atque arduis, humana contemperatur infirmitas, nisi præueniens eius adiuuet gratia, seu charitas, quos non adiuuat hos merito perhibetur repellere. Psalm. 118. Beati immaculati, &c. n. 917.

Meritis nullis præcedentibus beneficia Dei collata sunt nobis, si peccata nostra nobis, aut non nominantur, aut si fortè surrepserint, cito per pœnitentiam corriguntur. serm. 67. de tempore. n. 514

Iustificatur fide homo, sine opere, & quicquid illi legali posset obseruatione conferri,

Tom.10.

totum credulitas sola donauit, & credidit Abraham, & deputatum est ei, ad iustitiã. Genes. 15. serm. 68. de temp. n. 516

Gratia baptismi euacuantur homines omnibus malis, postea vero cum Dei adiutorio laborare debent, vt impleantur omnibus bonis. serm. 84. de tempore. n. 547

Homines nos omnes cogitemus bona iugiter auxiliante Domino, vt os nostrum non crudelis aduersarius, sed Deus pius aperiat, & claudatur Diabolo. serm. 86. de tempore. n. 550

Deus est enim, qui operatur in nobis velle, & perficere. serm. 94. de tempore. n. 563

Nemo bene operatur, nisi fides præcesserit. serm. 95. de tempore. n. 566

Deus parcit modo, ineffabili pietate sua, & non solum nos admonet, sed etiam rogat, vt nos à peccatis mortiferis reuocemus, nè nos postea non audiat, dum iudicat. sermo. 102. de tempore.

Tom. 10.

re. n. 586
Deus quia omnipotens, est omnia peccata dimittere potest, & homo à peccatis liberari non potest, & mundari, nisi Deus liberet, & mundet. sermo 109. de tempore. n. 614
Libero arbitrio suo solo Petrus dixit, se pro Domino moriturum, absq. adiutorio Dei, sed quid est homo sine gratia Dei, nisi, quod fuit Petrus, cum negaret Christum, & omnis caro fœnum. sermo 124. de tempore. n. 624
Hominem nihil sine Dei gratia prœualere dicimus. sermo 124. de tempore. n. 624
Petrus per solum sui amoris studium non addito Dei adiutorio, voluit esse promissum, ideo stare non potuit per hominem, quod sub diuinitate pendebat, fuit quidem in voluntate, sed non fuit in virtute. sermo 127. de tempore. n. 62
Homo vbi volucris eris, sed quocumque ieris, Deum tuum habebis, sed à Deo non recedes. sermo 147. de

Tom. 10.

tempore. n. 664
Præcepta decalogi nemo implet, viribus suis, nisi adiuuetur gratia Dei. sermo 148. de tempore. n. 665
Homini tempus lętitiæ, & quietis felicitatis, non venit de meritis nostris, sed de gratia Saluatoris. Aliud meremus aliud speramus. Meremur mala, speramus bona, hoc facit misericordia eius, qui creauit nos. sermo 151. de tempore. n. 668
Gratia præcessit, vt illa sanaretur, vt illa minueretur, ser. 155. de tempore. n. 674
Homo iudicij, & iuris sui, ac lib. arb. prædictus voluntate, qui voluntarius ruerat iniustum erat, vt erigeretur inuitus, equius, & salubrius fuit, vt qui per superbiam à Diabolo persuasus fuerat, ad mortem, à Deo per humilitatem solidaretur ad vitam. sermo 156. de tempore. n. 675
Pax, concordia fratrum est, ecclesia 29. amor proximorum, & vir, & mulier consentientes sibi, & dicitur vo

lun-

Tom.10.

luntas Dei. ſermo 169. de tempore. n. 691

Fides omnium bonorum, eſt fundamentum humanæ ſalutis, initium, ſine qua nemo ad numerum filiorum Dei poterit peruenire, & ſine ipſa, in hoc ſęculo, nec iuſtificationis conſequitur gratiã, nec in futuro poſſidebit vitam ęternam. ſermo 181. de tempore. n. 703

Gratia Redemptoris neceſſario fuit, vt homo ſurgere poſſet à peccatis, quæ ſanaret humilitate, quod corruptum fuerat elatione ſuperbiæ. ſermo. 182. de tempore. num. 714

Gratiam, qui oderunt, à dono Spiritus ſancti prorſus alieni ſunt, qui ſocietatem non retinent vnitatis, licet lectiones audiant, quibus Spiritus ſanctus promiſſus eſt, & miſſus, ad iudicium audiunt, nõn ad præmium. ſermo 187. de tempore. nu. 723

Liberum arbitrium conſitemur, vt dicamus, nos ſemper Dei indigere auxilio, &

Tom.10.

tamen illos errare, qui cum Manicheo dicunt, hominem peccatum vitare non poſſe, quam illos, qui cum Iouinia no aſſerunt, hominem non poſſe peccare, vterque enim tollit arbitrij libertatem, nos dicimus hominem ſemper, & peccare, & non peccare poſſe, vt nos lib. confiteamur arb. ſerm. 191. de tempore. n. 728

Meritis nullis prœcedentibus de tenebris producti ſumus ad lucem, & de morte ad vitam reuocati, de multis erroribus in viã reducti curramus, dum lucem habemus. ſermo 110. de tempore. nu. 753

Opera bona, qui agit ſine humilitate, inuentum puluerem portat. ſermõ 113. de tempore. n. 760

Vitia, & peccata, cum Dei adiutorio, quia ſe repellit, & quod bonum eſt cogitare ſimul, & implere contendit, iuſtè ſignum crucis labijs ſuis apponit, quia talia opera conatur agere, quæ ſignum Chriſti mereantur

acci-

accipere. ser. 115. de tempore. n.762
Meritum iustorum, dum tyranni contenũt imperium, licet sanctis pueris in fornace Deum venerari, quem adhuc homines non licuit honorari, licet sanctis cum igne iocari, quibus cum hominibus non licuit commorari, licet flammarum mereri obsequia, qui non meruerant caldęorum obsequia supplicia. serm. 140. de tempore n.799.
Meritis nullis præcedentibus, per gratiam Dei meruimus fieri templum Dei, quantũ possimus, cum ipsius adiutorio laboremus, nè Dominus noster in templo suo scilicet in nobis inueniat, quod oculos suæ maiestatis offendat. serm 252. de tempore. n.821.
Conueniens non erat, vt inuitus traheretur, ad pœnitentiam qui spontaneus corruerat in pœnam nè itidem ingratus existeret suæ reformationi, sicut primæ conditioni, ser. 19. de Sanctis, & 3. de Annunc. n.858
Homines nos si volumus non solum martyres, sed etiam ipsum Dominum, cum ipsius adiutorio possumus imitari. serm. 27. de sanctis & 3. de pluribus martiribus. n.904
Iustitia sine misericordia non est accepta apud Deum, & misericordia sine iustitia destruitur, & incrudelitatem conuertitur. serm. 6. ad fratres in eremo. num. 919.
Misericordiam cum iustitia, iustis, & iniustis semper agit omnipotens Deus quia beatis dat gloriam, quam non merentur, quibuscunq. bonis commissis habere, & malis dat pœnam, qua maiorem merentur habere, de malis commissis. serm. 6. ad fratres in eremo. n.919
Murmuratores non simus, nec stultę loquamur lingua dolosa, sed cum Dei adiutorio, sine cuius voluntate, & nutu folium non mouetur arboris, murmuratio procul sit à nobis. serm. 26. ad fra-

Tom. 10.

fratres in eremo. n. 944

Paſtor bonus quęrens ſalutem animarum compatitur peccāti, & auxilium diuinæ medicinæ pręcibus poſtulat infirmanti, clamatque quotidie indefeſſa voce paſtor bonus, qui animam ſuam ponere non deſtitit pro ouibus ſuis dicēs ſana eas. ſerm. 26. ad fratres in eremo n. 944.

Reſuſcitationes duę ſunt, quarum vna eſt animę quando reſuſciratur a vitijs, in quibus mortua iacebat. Altera corporis quando corpus cōfiguratum erit corpori claritatis Chriſti quando in die iudicij reformabitur. ſerm. 37. ad fratres in eremo. n. 948.

Virtutes ſcilicet, fides, oratio, eleęmoſina, virginitas, & cęterę virtutes corporis fidelibus, infidelibus communes poſſunt eſſe. ſerm. 28. ad fratres in eremo. n. 951

Velle, & non velle, poſſe, & non poſſe in manu hominis

Tom. 10.

erat, qui prima contempſit, & ſecundam elegit, contempſit vitam, & elegit ſibi mortem, contempſit dulce & elegit amarum. ſerm. 48. ad fratres in eremo. num. 688.

Animam qui in ſe ſentit dominari, teneat cum Dei adiutorio diſciplinę, continentiam, & per freta pelagi huius mundi, ita nauigium corporeum veritate gubernante contendat, ne inter fluctus iuſtitiæ naufragium incurrat ſerm. 50. ad fratres in eremo n. 994

Opera bona, qui ſine humilitate agit in vento puluerē portat. ſerm. 70. ad fratres in eremo. n. 1012. & 1013

Mors vera, quam timent homines, eſt ſeparatio animę a Deo & plerumque cū timent homines mortem iſtam, quę ſeparat animam à corpore, incidunt in illam vbi anima ſeparatur à Deo. ſerm. 72. ad fratres in eremo. n. 1014

FINIS, LAVS DEO.

Tom. 13.

Tom. 14.

INDEX SENTENTIARVM S. P. AVGVSTINI DE AVXILIIS

Ordine Alphabetico dispositum.

A ante B

ABraham habet gloriam ad Deum: At si ex operibus iustificatus est, Abraham habet gloriam, sed non ad Deum: Ad Deum autem habet gloriam, sed non ex operibus iustificatus est: à Deo iustificatus est ex gratia, credidit Abraham, &c. tomo 8. numero 125.

Abraham nè dicã Abel, Enoch, Noe, &c. per fidei meritã, & iustitiæ, quid consecutus est, scriptura testatur. t.9.n.611

Abraham si ex operibus est iustificatus, habet gloriam, sed non ad Deum. Hæc est ad Deum gloria, qua glorificatur non homo, sed Deus, si non ex operibus, sed ex fide iustificatur, vt ex Deo illi

A ante B & C

sit, quid etiam bene operatur. t.9.n.305

Abraham si ex operibus iustificatus est, habet gloriam; sed non apud Deum, hoc est, quia Abraham sine lege, dum ex operibus legis conquerit gloriam, quasi suis viribus legem impleat, &c. tomo 4. n.846

A ante C

Accessit tibi ex lege noti iustificatio, quam lex iubet; sed præuaricatio, quam tu fecisti. t.8.n.467

Acceptio personarum noa est, quia secundum propositum Dei alius non vocatur, vocato datur gratuitum donũ, cuius boni est vocatio principium, non vocato, redditur malum, quia omnes

rei sunt, ex eo, quod per vnum hominem peccatum intrauit in mundum. t. 7. num. 602.

A D

Adam, & Christus duo sunt homines, vnus ipsorum homo. Alter homo, & Deus; per hominem, peccatores sumus: per Deum iustificamur. t. 9. n. 413

Adam mutatus est ab eo, quod formauit Deus, sed in peius propter iniquitatem suam. Ab eo, quod operata est iniquitas; mutantur fideles, sed in melius per gratiam Dei. Illa ergo mutatio est dexteræ excelsi. t. 3. n. 751.

Adam primi hominis progressio totum deceperat mundum, vt nullum esset salutis remedium: nisi Christus venisset è cælo, & draco gaudebat. t. 10. n. 417

Adam primus homo tamdiu stetit, quamdiu Deo adhesit, dimisit, & dimissus est, voluit probare vires suas, & inuenit miserias, & nostræ, & suas. t. 9. n. 778

Adam, quia per lib. arb. Deum deseruit, iustum iudicium Dei expertus est, vt cum sua stirpe, quæ in illo adhuc posita, tota cum illo peccauerat damnaretur. Quotquot ex hac stirpe gratia Dei liberantur, à damnatione vtique liberantur. t. 7. n. 917

Adæ oportebat sobolem tamdiu sub auida conditione durare, quo vsque eamdem originalibus vinculis liberatam, in antiquum libertatis statū prioris Domini gratia precio sui sanguinis reformaret; quam pietatis instinctu, potuit etiam tunc saluare, sed noluit. t. 10. 474

Addiscendi acumen, & celeritas intelligendi, donum Dei est, sed quandoque non ad vsum, sed ad perniciem magis valet hominibus malis, &c. t. 1. n. 71

Adiumento proposíti, per Dei gratiam acquirimus sanctitatem, non autem viribus naturæ. t. 3. n. 147

Adiutorio Dei vincimus, non autem ex nostra præsumptione: protegit ergo nos Deus cæli, si dicamus Domino, dicet, susceptor meus es,

es. t.8.n.694

Adiutorio Dei, seu diuino muneri virtutes, quas dicis in impijs esse potius, quam eorum tribueres tantummodo voluntati, licet ipsi hoc nesciant, donec, si ex illo sunt prædestinatorum numero accipiant Spiritus: qui ex Deo est, vt sciant, quæ à Deo donata sunt eis, sed absit, vt sit iustus vere, nisi viuat ex fide, iustus ex fide viuit. t.7.n.699

Adiutorio homo si non æget, Christus nihil adiutorij, nihil salutis nobis prouisit, aut contulit mors eius, nihil prorsus nobis salutis naturalis nobis. Talia prædicantibus fides catholico dicit anathema. t.7.n.933

Adiutorio, & misericordia pœnitentiam fieri. Ambrosius in lib. 10. super Lucam, cap. 31. dicit alta loquens. Bonæ lacrimæ, quæ culpam lauant. Denique quos Iesus respicit plorant delictum. Negauit primo Petrus, & non fleuit: negauit secundo, & non fleuit. quia non respexit Dominus: negauit tertio, &

fleuit amarissime, quia respexit Dominus Iesus. t.7.n.532.

Adiutorio quotidiano nos egere, negare non possumus, hoc enim, siue benè viuimus precamur, vt melius, sanctiusq. viuamus: siue praua sentientes, à bonis auertimur, vt ad rectam redeamus viam, eius auxilio plus egemus. t.2.n.271.

Adiutorium Adam tale erat, quod deseret, cum vellet, & in quo permansisset, si vellet, non quo fieret, vt vellet, hæc est prima gratia, quæ data est primò Adam, sed est potentior in secundo Adam. t.7.n.915

Adiutorium datum est perseuerantiæ primo homini, qui in eo bono, quo factus est & fuerat, rectus acceperat posse non peccare, posse non mori, posse ipsum bonum non deserere, non quo fieret, vt perseueraret, sed sine quo per lib. arb. perseuerare non posset. t.7.n.916

Adiutorium dederat Deus Adæ per quod posset permanere, si vellet: sine quo non pos-

set perseueranter bonum tenere, quod vellet, sed quia noluit permanere, eius culpa est, cuius meritum fuisset, si permaneret. t. 7. n. 915.

Adiutorium Dei, negantes non alijs, sed sibi penitus abstulerunt, qui auellendi sunt longius, & ab Ecclesia procul remouendi visceribus. t. 2. n. 272.

Adiutorium Dei speret anima destituta in seculo quicquid habueris aurum habeas præsumpsisti inde non iam es proselitus, non orphanus, non indiuiduam numeraris. t. 8. n. 1162.

Adiutorium Dei tantum valere dicimus, si velit vt hodie nullus concupiscentias male habere possimus, contra quas inuictissimè dimisimus, &c. t. 7. n. 704

Adiutorium Dei, vt Diabolo resistamus poscendum, non solum, non negamus, verumetiam prædicamus. t. 7. n. 514.

Adiutorium diuinum, per legem agnoscitur morbus, & dictum adiutorium ad sanitatem. t. 10. n. 212

Adiutorium, dona, & vocatio Dei, sine pœnitentia sunt, sed vocatio eorum, qui secundum propositum vocati sunt, pro quibus interpellat Christus nè deficiat fides eorum. t. 7. n. 916

Adiutorium est enim non solum sine quo non fit, verum etiam quo fit, propter quod datur. Quapropter hoc adiutorium, & quo fit, est, & sine quo non fit, &c. t. 7. n. 916.

Adiutorium etiam dicunt præbuisse Christus ad non peccandum in eo, quia iustè ipse viuendo, iustèq. dicendo, reliquit exemplum, quæ verba possunt coaptare, vt dicant per singula momenta, & per singulos actus necessariam nobis esse talem gratiã, idest in omni conuersatione nostra intueamur dominicæ conuersationis exemplum, &c. t. 7. n. 519

Adiutorium, & gratiam Dei non ad singulos actus dari, sed in lib. arb. esse, vel in lege, atque doctrina damnauit Pelagius, & tamen latere

tere se putat, contra propria sua dicta. t.7.n.522

Adiutorium, & si datum fuerit sicut beatitudo homini, continuo fit beatus, & si data numquam fuerit, numquam erit. Alimenta vero non consequenter faciunt; vt homo viuat, sed tamen sine illis non potest viuere. t. 7. n.910.

Adiutorio filius in forma Dei non indiget; æqualiter enim cum Patre omnipotens est, ex quo, & ipse adiutor est hominis, & suscitauit. t. 8. n.873.

Adiutorium gratiæ commendauit, & quod est in remissionem peccatorum, cum ait; Parcet pauperi, & inopi. t.8.n.539.

Adiutorium gratiæ Dei petebat homo, cum dicebat, in tua iustitia, viuifica me, veniat super me misericordia tua Domine. t.8.n.934

Adiutorium gratiæ miserantis nondum vos erexit, ideo nondum surrexistis. t. 7. n.880.

Adiutorium hoc, si defuisset, vel Angelo, vel homini, quã primum facti, quam non talis natura facta erat, vt sine diuino adiutorio posset manere si vellet, non fuisset sine quo manere non posset, &c. t.7.n.915

Adiutorium aliud sine quo aliquid non fit; & aliud est adiutorium, quo aliquid fit. Adiutoriũ sine quo aliquid non fit; est vt quando sine alimentis non possumus viuere, nec tamen cum affuerint alimenta eis fit, vt viuat, qui mori voluerit adiutorium alimentorum est, ergo, sine quo non fit; non quo fit, vt viuamus. At vero beatitudo quam non habet homo, cum data fuerit continuo fit beatus. t. 7. n.916.

Ad cœlestis Ierusalem non ascẽdunt consortium, nisi qui toto corde profitentur, non propriis operis, sed diuini esse muneris, quod ascendunt. t.3.n.31.945

Adiutor meus esto nè derelinquas me, adiutorem vtique inuocans Deum. t.10.n.215

Adiutorium nostrum in nomine Domini, adiutor meus esto

esto nè derelinques me, neque despicias me Deus salutaris meus, &c. t.2.o.274

Adiutorium perseuerantię non tantum datur sanctis in regnum Dei, per gratiam Dei prædestinatis, sed tale, vt eis perseuerantia ipsa donetur, non solum, vt sine isto dono perseuerantes esse non possint verum etiam, vt per eos donum non nisi perseuerantes sint. Ego eligi vos. t.7. n. 916.

Adiutorium quibus deest, iam poena peccati est, quibus autem datur secundum gratiã datur, non secundum merita, & debitum, & tanto amplius datur per Iesum Christum Dominum nostrũ quibus id dare placuit Deo. t.7. n. 915.

Adiuua me Domine Deus meus, & da lętitiam in corde meo veni ad me vt videam te, &c. t.6.n.549

Adiuuantur diuinitus non tantum in eo, quod operari possint, hoc enim in natura, & in doctrina iam acceperant, sed etiam in eo, quod operantur diuinitus adiuuantur,

non ait Deus est qui operatur in nobis posse tanquam ipsi velle, & operari per seipsos habeant. Sed ait Deus est, qui operatur in nobis velle, & perficere, seu operari vt gręci dicunt, t.7. n. 520.

Adiuuari nos solo quidam putant ad faciendam iustitiam diuinitus quod Dei præcepta nobis in notitiam proferuntur, vt ea cognita iam sine gratia Dei solis nostræ voluntatis viribus impleantur quod falsum est omnino. t.8. n.916

Adiuuat nos (inquit Pelagius) Deus per doctrinam, & reuelationem suam, dum cordis nostri oculos aperit, dum nobis uè præsentibus occupemur futura demonstrat, dum Diaboli pandit insidias, dum nos multiformi, & ineffabili dono gratiæ cęlestis illuminat, non recessit à commendatione doctrinæ. t.7. n. 521.

Adiuuat nos Deus, vt declinemus à malo, & faciamus bonum, quod nullus potest sine spiritu gratiæ quæ, &

A D

deſit ab hoc lex adeſt, vt reos faciat, & occidat. t.7. n. 904.

Adiuuatur homo, ſi inuocat, ſi credit; ſi ſecundum propoſitum vocatus eſt; non tamen adiuuatur, niſi qui, & ipſe ſecundum propoſitum aliquid agit, quoniam quos ante pręſciuit; & prędeſtinauit, conformes fieri imagini filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. t.7.n.978

Adiutus eſt ſpiritu homo vt quemadmodum noluit eſſe adulter ſic non ſit, quomodo noluit eſſe fur, ſic non ſit, & cetera omnia, quæ voluit homines vincere, & ſæpe inflexi ſuperantur, vt exclament ad Deum, vt de neceſſitatibus eorũ eruat eos. t.8. n 860.

Admiratio de rebus inſperatis naſci ſolet, & tamen legunt iſti, & laudant Dominum Ieſum Chriſtum in Euangelio admiratum eſſe fidem credentium, & tamen illis fecit fidem ipſe Dominus Ieſus Chriſtus, &c. t.1. n. 365.

A D E G & L

Ad peccandum non adiuuamur à Deo, iuſta autem agere, vel iuſtitiæ præceptum omni ex parte implere non poſſumus, niſi adiuuemur à Deo. t.7. n. 467

A E

Aer ſicut ex pręſenti lumine non factus eſt lucidus, ſed fit, quia ſi factus eſſet, non autem fieret etiam abſente lumine lucidum permaneret, ſic homo pręſente Deo illuminatur, abſente autem tenebratur à quo non locorum interuenis, ſed voluntatis auerſione diſceditur. t.3. n. 285. & 753.

A G

Agere bene, quod poſſumus, Dei eſt, quod autem agimus noſtrum eſt. Apoſtolus, orate ad Deum pro eis nè quid mali faciant, & vt quod bonum eſt faciant. t.7.n.527.

A L

Alienos à fide dicitis abundare virtutibus, in quibus ſine adiutorio gratiæ ſolum eſt naturæ bonum, licet ſuperſtitionibus mancipatum, quæ ſolis libertatis ingenitæ viribus

A M &
viribus, & misericordes creb-
bro, & modesti, & casti, &
sobrij, sed hæc contra scrip-
turam sacram, Prouerb. 24.
qui dicit: Impium iustũ esse
maledictus erit in populo, &
odibilis in gẽtibus, etiam
virtutibus veris, eos prædi-
ces abundare, Prouerb. 24.
t.7. n. 699.

A M

Amor Dei, quo peruenitur ad
Deum non est, nisi à Deo
Patre, per Iesum Christum
cum Spiritu sancto, per quẽ
amorem Creatoris bene
quisque vtitur creaturis.
t.7.n.706.

Amatores mundi ab ipsis bonis
reuocantur operibus languidi,
& ægroti iacent, quippe
in ipso languore tamquam
sine vllis viribus nihil boni
possunt operari. t.9.n.728

A N

Angeli peccauerunt, & dæmo-
nes facti sunt, quorum est
Diabolus Princeps, & qui
non peccauerunt, peccare
potuerunt, & cuicumque
rationali creaturæ præsta-
tur, vt peccare non possit,
non est hic naturæ propriæ,

A N A

sed Dei gratiæ. t.6.n.505

Angeli qui in illa, qua creati
sunt beatitudine, perseue-
rant non natura possident
bonum, vt mutarentur cum
cæteris, sed arbitrio seruan-
tes bonam voluntatem, &
fidem suo Domino. t. 3.
n.145.

Anima ad desideratam cogni-
tionis, & experientiæ dulce-
dinem per se non potest at-
tingere, & quanto magis ad
cor altum accepit, tanto ma
gis exaltetur Deus, humi-
liat se, & fregit ad oratio-
nem. t.9.n.560

Anima amissa, quomodo mo-
ritur caro, quæ anima vita
est carnis, sic moritur ani-
ma amisso Deo, qui vita est
animæ. t.9.n.236

Anima creata, est immortalis,
quæ licet peccato mortua
periatur, carne quadam
vita sua hoc est Dei spiritu,
quo etiam sapienter, & bea-
tè viuere poterat, tamen
propria quadam licet mise-
ra vita sua non desint viuere.
t.5.n.245.

Anima cum in seipsa delecta-
tur, & non in incommuta-
bili,

bili superbia est, quia se pro summo habet, & cum in Deo delectatur, ab eo mercedem recipit. t.2. n.367

Anima Deo deserente moritur, sicut & corpus, anima deserente moritur. Vnde illa fit insipiens, hoc ex anima. t.3. n.211.

Anima enim, & corpus quecumque bona, animæ, & corporis naturaliter insita, etiam ia pecoribus dona Dei sunt quoniam Deus, non ipsi ista fecerunt, omne quod non est ex fide, peccatum est. t.7.n.703.& 704

Anima exuscitatur à Deo quâquâ, & corpus exuscitetur à Deo, sed Deus quando exuscitat corpus, mirando reddit, quando exuscitat animam tibi reddit, si recedat aer mundi istius moritur corpus, si recedat Deus moritur anima, si accedat vitificatur suscitaturque. t.8. n.528.

Anima est vita corporis, & Deus est vita animæ, immortalis est anima, quia carne caret, nec habet, quo cadat vt resurrectione egeat,

post ruinam, nisi peccato ceciderit. t.3.n.628.

Anima, & corpus, & quecumque bona animæ, & corporis naturaliter insita, etiam in peccatoribus dona Dei sunt, quoniam Deus, non ipsi ista fecerunt. t.7.n.550

Anima facultates, & quasi instrumenta cognoscendi, & diligendi habet ex natura, cognitionem, tamen veritatis, & ordinem dilectionis nequaquam, nisi ex gratia facta, siquidem à Deo mens rationalis sicut eius imaginem suscepit, ita cognitionem, & amorem. t.3.n.606

Anima humana propterea dicitur immortalis, quoniam qualitercumque modum suum numquam desinit vivere, tamen pro ipso suo modo quandam mortem suam habet, quia si iuste vivebat, & peccat moritur iustitiæ, si peccatrix erat, & iustificatur moritur peccato. 6.504.

Anima immaculata ab initio, humana enim hoc impossibile, naturæ est sed per Dei gratiam, & qualitatem sui, quia iam non peccat fit vt immaculata

A N

culata, videatur. Ambros. t.7.n.516.

Anima in corporibus inferioribus post peccatum ordinata, regit corpus suum, non omnimodo pro arbitrio, sed sicut leges vniuersitatis, si nunt excusatio. t.6.n.20

Anima in peccato paruulorum non remansit, quia eam Christus liberauit gratia sua. t.7.n.781.

Anima humana, nec sic credenda erat esse cepisse in aliquo actu meritorum suorum: nisi ex quo propriam cepit agere vitam. t.3.n.423

Anima magno debito obligata es, multum accepisti, & nihil à te habuisti, & pro omnibus his non habes quid retribuas nisi tantum, vt diligas. t.9.n.508

Anima mea non habuisti, & datum est tibi, perdidisti, & instauratum est tibi, nunquam derelinqueris, vt suas, quantum ille diligat à quo amaris. t.9.n.509

Anima mea tamquam vidua, & desolata, & destituta, & ego tamquam pupillus auxilium quæro, semper infirmitatem

A N

meam confiteor. t.8.n.516

Animam indigere Saluatoris, & redemptoris auxilio sicut, & caro paruulorum. t.7.n.485

Animam omnem participationē lucis Dei, non per seipsam esse pulchram, & decoram virtute pollentem dicit. t.6.n.181.

Anima mortua est, cum caret Deo, sicut corpus mortuum est, cum animam non habet. t.9.n.588

Animam qui in se sentit dominari, teneat, cum Dei adiutorio disciplinę, continentiam, & per freta pelagi huius mundi, ita nauigium corporeum, veritate gubernante contendat, ne inter fluctus iustitiæ naufragium incurrat. t.10.n.994

Anima non viuit, Deo absente, sicut viuit corpus Domino absente, vt pater de Lazaro suscitato. t.8.n.528

Anima nulla Dei culpa, nulla Dei necessitate, vel sua, sed propria voluntate in peccatum esse collapsam, nec liberari posse de corpore mortis huius, vel suæ voluntatis virtute, tamquam sibi ad

hoc

A N

hoc sufficiente, vel ipsius corporis morte, sed gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum, nec omnino esse animam vllam in genere humano, cui non sit necessarius ad liberationem mediator Dei, & hominum, homo Christus Iesus. t.2.n.62

Anima nulla fit sapiens, atque beata ex alia quacumque anima, sed ex illa sola summa, atque in commutabili Dei sapientia. t.4.n.272

Anima nulla sanatur sine tribus istis scilicet Fide, Spe, & Charitate, vt possit Deum videre, sed habens potest vtique sanari. t.1.n.362

Anima nulla vnquam potuit poteritue cogitare, aliquid, quod sit Deo melius, qui summum, & optimum bonum est. t.1.n.90

Anima paruuli de reatu peccati liberanda est, nec alio modo, nisi gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum. &c. t.2.n.69

Anima, quam felix est, quæ vitam suam ita Deo auxiliante studuerit gubernare, vt

A N

Christum hospitem, & habitatorem mereatur, excipere, & è contra, quam infelix. &c. t.10.n.387

Anima quælibet sine gratia mediatoris, & sacramento eius in qualibet corporis ætate, de corpore exierit, & in pœnam futuram, & in vltimo iudicio recepturam corpus ad pœnam, si aut post regenerationem in Christo post mortem corporis habitura ad gloriam receptura. t.2.n.62

Animæ rationali, quæ est in homine dedit Deus lib. arb. sic enim posset habere merita, si voluntate, non necessitate boni essemus. t.6. n.112.

Animas reuiuiscere facit Deus per pluuiam super terram, idest per verbum suum, sed nubibus eas irrigat, idest de scripturis prophetarum, & Apostolorum, rectæ appellantur nubes, quia verba ista, quæ sonant scisso, & percusso transeunt, & ideo non curant ante peccatum. t.1.n.576.

Animas defunctorum pietate

B 2 suo-

A N

suorum viuentium releuari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel elemosine in Ecclesia fiunt, negandum non est, sed eis possunt, qui cum viuerent, vt hæc sibi postea possent prodesse meruerunt. t.4. n.472

Anima sic mortua est, cum beata vita, quæ Deus est, non fruitur sicut oculis cæcus, mortuis dicitur luce priuatus. t.9.n.588

Animas Deus non cogit fieri peccatrices, vel puniat innocentes, neque negare fas est eas, quæ sine Christi sacramẽto de corporibus exierint, etiam paruulorum non nisi in damnationem trahi. t.2.n.94.

Animas duas esse in vno homine, sicut multi dicunt non credimus, sed dicimus vnam eademque animam esse in homine, quæ corpus informat, & arb. libertatem habet, & in sua substantia eligat, quod vult. t.3.n.140. & 631.

Anima, sicut est vita corporis sic Deus, est vita animæ, & sicut moritur corpus, si anima illud deserit, sic anima moritur, si eam Christus deserit. t.3.n.751

Anima, sicut est vita corporis, sic Deus est vita animæ & sicut expirat corpus, cum animam amittit, ita expirat anima cum Deum amittit. t.10.n.12

Anima si iterum pudeat errasse paratum inueniet misericordiarum auctor. Non enim punitur quia peccauit, sed quia de peccato non doluit, & si cum peccato recedat tunc excludetur, & virgini stulte comparabitur. t.6. n.364.

Animas quandoque non forma corporis facit, crede mihi, sed erroris deformitas fingit, à quo errore non posse erui, nisi Deo adiuuante diligenter consideraueris visa somniantium, & inde cognoueris esse quasdam, quæ non sint corpora, sed similitudines corporum. t.7. n. 820.

Animas quidam Deum corporum hominum, nouas dare sigillatim ad hoc, vt in carne peccati de originali pec-

cato

A N

cato veniente rectæ viuēdo carnaliter concupiscentias sub Dei gratia subigendo meritum comparent, quo cum ipso corpore in melius transferantur tempore resurrectionis, & in Christo in æternum viuat. t.3.n.459

Anima talis est, quæ assiduæ non pascitur, verbo Dei qualis est caro, quæ post multos dies percipit cibum, & quomodo caro per famem, & inopiam tenuis, & sicca velut quoddam simulacrum efficitur: ita,& anima si verbi Dei cibo non pascitur, arida, & inutilis ad nullum opus bonum congrua inuenitur. t.10.n.496

Anima tam docta, & ingeniosa, vbi te multum dolemus per hæc misteria doctrinæ ad Deum summum, ideſt à quo facta est, nec cuius portio, sed cuius conditio est nec qui est omnium anima, sed qui fecit omnem animā, quo solo illustrante fit anima beata, si eius gratiæ,non est ingrata, nullo modo potuit peruenire. t.5.n.117

Anima tantæ est libertatis, vt

A N

in aliquod vitium cogi non possit propterea vnicuique propria voluntas est causa suæ damnationis, vel saluationis. t.9.n.550

Anima vincens dum est in hoc mundo eas, quas aduersum se nutriuit cupiditates fruendo mortalibus,& ad eas vincendas gratia Dei se adiuuari credat mente illi seruiēs, & bona voluntate absque dubio reparabitur, fructurq; Deo. t.1.n.495

Anima viuificat, & viuificatur; mortua viuificat, sed ipsa non viuificatur, veniente verbo,& infuso audientibus, & obedientibus, resurget anima à morte sua ad vitam suam. t.9.n.115

Anima viuit ex Deo, cum viuit bene: non enim potest bene viuere, nisi operante in se, quod bonum est, corpus vero viuit ex anima, cum viuit anima in corpore, &c. t.5.n.229

Anima viuit naturali vita, etiā si speciali vita viuat, sed talis vita mors peccatorum pessima. t.3.n.624

Anima, vt acquiescat salutari inspi-

A N

inſpirationi, ſuæ poteſtatis eſt, vt adipiſcatur, quod adipiſci deſiderat, diuini muneris eſt, vt non labatur adepto ſalutis munere ſolitudinis ſuæ eſt, & cæleſtis adiutorij, vt labatur poteſtatis eſt eius, & ignauiæ. t.3.n.631.

Animæ iuſtæ, quas hic redemptor Deus, gratis ex fide iuſtificauit, & iuſtificatis bene viuendi, vſque in finem perſeuerantiam tribuit in ipſis corporibus, in quibus hic iuſtificationis gratiam diuinitus acceperunt regni cæleſtis, æterna beatitudine potientur. t.3.n.157.& 158

Animæ beatæ tunc omnino regent pro lib.arb. nunc vero, non omnimodo, ſed ſicut leges ſinunt. t.1.n.21

Animæ cum ſint per omnia mutabiles ſũt quoq. pœnæ per omnia mortales, Deus quippe eſt vita animæ, ſicut anima eſt vita corporis. t. 9. n.588

Animæ etiam paruuli neceſſaria eſt liberari ex obligatione peccati eamque nullam eſſe niſi per Ieſum Chriſtum,

A N

& hunc crucifixum. t.2. n.63.

Animæ, & corporis mortem in vna ſententia perſtrinxit Dominus dicens: ſine mortuos ſepellire mortuos ſuos, ſcilicet anima ſepellire mortuos corpore. t.3.n.212

Animæ hæc eſt mors, vt Deum neſciat. t.4.n.891

Animæ liberandæ vniuerſalis via eſt alia, quam religio Chriſtiana, cuius notitia ad quoſcumque peruenit, & ad quoſcumque ventura eſt. t.5.n.189

Animæ meæ præteritam originem non omnino neſcio, ſed non plane ſcio, nam ſcio mihi datam eſſe à Deo, nec tamen eſſe de Deo tanto me conuicio mihi putaſti dignum, & quando poſſum de natura ſpiritus, & animę noſtræ commemorare omnia, quæ neſcimus, &c. t.7.n.813.

Animæ mors fit cum eam deſerit Deus, ſicut corporis, cum id deſerit anima, & vtriuſque mors hominis eſt. t.5.n.229.

Animam peccare nulla mens facere

A N

facere potest, & seruum libidinis, nisi propria voluntas, & lib.arb.& hoc est pœna peccati. t.1.n.441

Animæ piorum mortuorum non separantur ab ecclesia, quæ etiam nunc est regnum Christi. Alioquin, nec ad altare fieret eorum memoria in communione corporis Christi, nec aliquid prodesset ad eius in periculis baptismum currere ne sine illo finiatur hæc vita. t.5. n.412.

Animæ liberandæ vniuersalis via, quam Porphirius male quærendo, non reperit, quam sola gratia Christiana reserauit. t.5.n.188

Animæ quicquid faciunt, si natura non voluntate faciunt, idest lib. arb. & ad faciendum motu animi carent, si denique his abstinendi ab opere suo potestas nulla conceditur peccato earum teneri non possumus. t. 1. n. 17.

Animæ resurgunt per substantiã Dei ab iniquitate, corpora per desperationem humanam à corruptione per

A N

id, quod homo est, quia vtrumque mortuum erat scilicet anima, & corpus, &c. t.9.n.137.

Animæ vita Deus est, mors animæ peccatum est, animanamque, quæ peccauerit, ipsa morietur, quæ autem iustitiam fecerit viuet. t. 3. n.630.

Animus seipsum per seipsum videt, ipse vt norit se, sed non videt se,& corporalium oculorum quærit auxilium: immo ab omnibus corporis sensibus abstrahit se à se, vt videat se in se. t.8.n.256

Ante legem ignoramus peccatum sub lege, peccamus, sub gratia plenissimè credimus creatori nostro tribuendo non nostris meritis, sed misericordiæ Dei, & sic firma pace custodimus. t.4. n. 408.

Antiquos iustos sciamus, quicumque esse potuerunt, non nisi per Christum, & eãdem fidem esse liberatos, per quẽ liberamur,& nos scilicet per incarnationem Christi, quæ illis prænunciabatur, sicut à nobis facta annunciatur.

t.2.

A N R & S

t.2.n.260.

Antiquos iustos saluos factos fuisse dicimus per fidem mediatoris Iesu Christi, qui in remissionem peccatorum sanguinem suum fudit.t.7.n. 555.

Ante gratiã iniusti oẽs.t.3.723.

A R

Arbor bona, & arbor mala, ideſt homo quamdiu bonus est, non potest malos fructus facere, quamdiu malus est homo, non potest bonos fructus facere: & duas arbores posuit Dominus, vt significaretur hb.arb. non naturas esse istas arbores, sed voluntates nostras, & sic omnis à Deo bona facta est. t.6.n.116.

Arbor bona fructus malos non facit; non est dictum de natura, vel de nuptijs, quas instituit Deus, sed de voluntate hominis bona, à qua non fiunt opera mala, & arbor mala dicitur de voluntate mala. t.7.n.654

A S

Ascendisti timentibus perfecisti sperantibus, nihil aliud est, nisi quia illis, qui timere pœnarum suarum, suam volunt iustitiam constituere, quæ in lege est, non est iustitia Dei dulcis, quia nesciunt eam, nec gustauerunt eam, in se namque sperant, non in Deo. t.5.n.453

Audiat Pelagius venerabilem antistitem dicentem, vt docentem cooperari Dominum etiam voluntatibus nostris. Ambrosius dicit. t.7.531 & 532.

Auditus pertinentem ad lectionem, & meditatio orationis auxilio adiuuatur, & gratia Dei, & Spiritus sanctus in nobis facit opera.t.9.n.562

Auersi absolescere meruerunt renouari, autem, nisi gratia Christiana, ideſt mediatoris intercessione, non possunt. t.2.n.589.

Auersi sumus à te, nisi tu conuertas, non conuertemur, conuerte nos, psal. 79. illustra faciem tuam, &c. t. 8. n. 611.

Auerti à Deo, nostrum est, & tunc secundum carnem sapimus, tunc concupiscentiæ carnis ad illicita consentimus, conuersos Deus adiuuat,

A V

uat, auersos deserit, sed vt conuertamur adiuuat. t.7. n.467.

Augustinus dixit de bono Domino magis quam de meritis suis confidere. &c. t. 1. n.607.

Augustinus Valentino in cuius contubernio quidam erat, qui videbatur non recte sentire de lib. arb. docens, nec lib. arb. sic asserendum, vt nihil tribuamus gratiæ, nec gratiam ita prædicandum, vt negamus lib. arb. hominis. t.2.n.103.

Aurum si volueris forte non habebis, Deum cum volueris habebis quia antequam velis venit ad te, & cum auersa voluntate esses, vocauit te, & cum conuersus esses terruit te, & cum territus confitearis consolidatus est te. t.8.n.148.

Auxilio Dei hoc sæculum non corpore, sed corde esse fugiendum. Ambrosius c. 1. docet aliter non posset. t.7. n.865.

Auxilio Dei non auferetur lib. arb. sed liberatur, vt de tenebroso fiat lucidum, & de

A V

prauo, rectum, & de languido sanum, & de imprudente sit prouidum. t. 3. n.142.

Auxilio destitutus illuxisti mihi Domine Deus meus proiecisti pondus trahens, & onus grauans, & hostes impellentes reiecisti, quia peccatum in quo natus, & conceptus fui, & damnationem amouisti, & maligno spiritui nè vim animæ meæ faceret prohibuisti. t.9.n.571.

Auxilio diuino cor nostrum subleuatur, vt ascendant, & quæ sursum sunt sapiat. Colosen.3. t.7.n.871.

Auxilium Dei imploret homo, qui sic positus est, & nouerit suum fuisse, quod cecidit, non suum esse, quod surget. Iam enim liberatus agnoscens gratiam liberatoris sui. t.4.n.409.

Auxilium Dei fides impetrat, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Pelagius autem, & cælestius dicunt, quod talem hominis creauit naturam, quæ per propriam voluntatem legem Dei posset implere, siue naturaliter

AV & BA

in corde conscriptam, siue in litteris datam. t.2.n.269

Auxilium Dei confitetur Ambrosius dicens. Vides vtique quia vbique Domini virtus studijs cooperatur humanis vt nemo custodire sine Domino: nemo quicquam incipere, sine Domino. t.7. n.532.

Auxilium homini promittitur scilicet, quod cum liberet liberus tecum tamquam aliquo magno auxilio exultat, promittitur ille liberator, qui liberatore non indiget, & quasi ad fabulam desperat, ve illis cogitationibus. t.8.n.1157.

BA

BAptismatis hominem gratia renouatum idoneum esse ad superandas diaboli insidias, & non ad vincendum carnis concupiscentias, nisi per quotidianum adiutorium Dei perseuerantiam accipiat. t.3.n.141

Baptismi sacramentum valebit ad pueri tutelam aduersus contrarias potestates, vt si ante rationis vsus ex hac vita emigrauit per ipsum sacramentum commendatæ Ecclesiæ charitate ab illa condemnatione, quæ per vnum hominem intrauit in mundum Christiani adiutorio liberantur, quod non fit in infideli. t.2.n.58

Baptismo, seu regeneratione spiritus modo fit, vt omnia peccata præterita remittantur, eius merito fiet etiam regeneratio carnis in æternã vitam, qua peccatorum omnium incrementa sanantur. t.7.n.546.

Baptismum pœnitentiæ Ioãnes prædicabat in deserto, non quo crimina commissa deleret, sed quo emendaret errantes, remissio peccatorum Christi gratiæ seruabatur. t.10.n.447.

Baptismus quid valeat paruulis ex circumcisione carnis quã prior populus accepit, quam priusquam acciperet iustificatus est Abraham, sicut Cornelius dono Spiritus sancti priusquam baptizaretur datus est, dicit, tamen Apostolicus. Rom.4. signum accepit

cepit circumcisionis signaculum fidei iustitiæ, qui iam corde crediderat ei, deputatum illi erat ad iustitiam. t.7. n.290.

Baptizati alij, & alij non baptizati de corporibus exeunt, nec parentum meritis, vel polleāt, vel careant tam excellenti bono, vt fiant filij Dei ex hominum filijs nullis parentum, nullis meritis suis, ergo gratia Dei. t. 7. n.601.

Baptizati à perfidis, nec fidem, nec reatum accipere possūt. At eos in numero fidelium à vobis cernimus deputari, nec censere quemquam vestrum vt baptizentur acceperunt itaque fidem non tamen ab eis, qui baptizauerunt, sed à Christo. t. 7. n.123

Baptizatus infans gratia Dei si moritur, saluatur, quæ vasis fictilibus, in honorem gratis datur: quantum autem ad non baptizatum, ira Dei, quę vasis in contumeliam pro ipsius massæ meritis redditur. t.7.n.602.

Baptizatus in illo gratiam Dei

vos confiteri cogimus, & meritum eius nullum præcessisse conuincimus. t.7 n.602.

Baptizatus inuitus, & in falsitate confessus, cum pœnituerit saluus erit adiuuante fide, & charitate totius matris Ecclesiæ per totum orbem diffusæ. Ob hoc sunt cathecumeni ab Ecclesia constituti, vt dum baptismum expectant, vnde iure pœniteant doceantur hæc restituit hominem in libertatem arbitrij primi parentis. t. 4. n.742.

Baptizatus sub gratia viuit in fide, membrum Christi factus est, templum Dei factus est, & tamen si quis dixerit se non habere peccatum seipsum seducit, prorsus mentitur, si dicat iustus sum, &c. t.10.n.268

Beatitudo vera, & sempiterna est à terris, ad cœlestia erigi secundum scripturas sacras, ad quam nisi per fidem cooperante charitate Dei, & proximi nemo peruenire potest, & hoc certissimum est.

B E

t.10.n.448.

Beatus populus cuius non voluptas carnis, cuius non virtus propria, sed cuius Dominus Deus ipsius. t. 6. n.604.

Bene operari non possumus, nisi dono eius, scilicet Dei adiuti Deus enim in nobis operatur velle, & operari pro bona voluntate, t.2.n.367

Bene viuere donum Dei est, non tantum quia homini Deus dedit lib.arb. sine quo nec male, nec benè viuetur, nec tantum quia peccatum dedit, quo doceat quemadmodum sit viuendum, sed quia per Christum sanctum diffundit charitatem in cordibus eorum. t.3.n.573

B O

Bona magna non solum, sed etiam, & minima bona esse non possunt, nisi ab illo, à quo sunt omnia bona, hoc est à Deo. t.1.n.463

Bona quantūcumque magna, quamuis minima: nisi ex Deo esse non possunt, quid enim maius in creaturis, quam vita intelligens? aut quid minus esse potest quā corpus. t.3.n.378.& 757

Bona quæcumque & maximæ, quibus quisque beatus non possunt inueniri: nisi à Deo in hominem veniant, & homini accedant. t.3.n.292

Bona voluntas non est, nisi à Deo. t.3.n.115.& 4.723

Boni cupiditas, quid est: nisi charitas, quæ ex Deo est, nec initium eius ex nobis est perfectio eius ex Deo, sed ex Deo tota nobis ex Deo, scilicet initium, & perfectio eius. t.7. n.605

Boni fieri potest, vt faciant, & mali potiantur, non ideo nos culpandi sumus, nec ideo isti laudandi, quia tale aliquid patiuntur. t.7.n.420

Bona fieri possunt aliqua non bene facientibus, à quibus fiunt, bonum est enim, vt subueniatur homini periclitanti præsertim innocenti, sed ille, qui hoc facit amando gloriam hominum, magis, quam Dei facit, non bene bonum facit, quia non bonus facit, quod non bona voluntate facit. t. 7. n.702.

Boni nihil potes operari: nisi illu-

illuminatus à lumine Dei, & feruefactus à spiritu Dei quando videris te bene operantem confitere Deo. t.8. n.703.

Boni non solum secundum suæ voluntatis bonæ, merita præmium consequuntur, sed etiam ipsam bonam voluntatem per Dei gratiam consecuti sunt, &c. t.2. n.105

Boni Pelagiani volunt incipere in homine cupiditatem, vt huius cœpit meritum etiam perficiendi gratia consequatur, si tamen hoc saltem. Pelagius enim, facilius dicit impleri, quod bonum est, si adiuuet gratia quod est hæresis. t.7.n.604

Bonum cum operaris hilaris operare, quia si quid boni tristis feceris, fit de te magis quam facis. t.3.n.747

Bonum non quod volo: facio, sed quod odi malum hoc ago. Ecce, & iste secundum interiorem hominem alienus est ab omni opere malo: bonũ omne illud, per quod resuscitabimur, quo à peccatis liberabimur, sempiternum erit, quia in æterna vita manebit. t.1.n.464. & t.9. n.776.

Bonum opus nostrum suscipere, agere, implere nunc scit, nunc nescit, nunc delectatur, nunc non delectatur, vt nouerit nõ suę facultatis, sed diuini muneris esse, vel quod scit, vel quod delectatur, & sanetur. t.7.n.475

Bonum perficere non mihi adiacet non possum implere, quod dictum est, non concupisces. t.9.n.211

Bonum quando delectat magnum Dei donum est, quando autẽ bonum opus, quod lex imperat, fit timore pœnę, non amore iustitiæ, & dicitur timor seruilis. t.8.940

Bonum quod est mihi factum mors male vtendo, & sic vitium est, non in mandato, male vtitur lege, qui non se subdit Deo, pia humilitate, & per gratiam lex possit implere. t.4.n.440

Bonum quod vitiari non potest Deus est, cætera autem omnia bona ex ipso sunt, quæ per seipsa vitiari possunt. t.1.n.498.

C A

CApitis reclinatio, humilitas Christi est, nisi reclinaret caput, non iustificaremur. t.8.n.697

Caro in sanctis, non desinit, concupiscere aduersus spiritum, & aduersus carnem, vt non ea, quæ volumus faciamus, omnem malam conscientiã consumando, sed eam nobis, quantum diuinitus adiuti, possumus non ei consentiendo subdamus. t.7.n.481

Caro non iustificabitur in lege, per legem enim cognitio peccati intelligitur, & cætera similia. t.4.n.845

Caro non iustificabitur ex operibus legis, idest omnis homo, &c. t.3.n.116

C H

Charitas autem, quæ virtus est ex Deo nobis, non ex nobis, primç Io.4. charitas ex Deo est, & omnis qui diligit, ex Deo natus est. t.7.n.525

Charitas bipartita commendatur, & quadragenarius numerus habet perfectionem legis, & lex non impletur: nisi gæmino præcepto charitatis. t.9.n.102

Charitas cum fide, à Deo Patre, & domino Iesu Christo, nostrum enim credere, & velle: illius autem dare credentibus, & volentibus facultatem bene operandi per Spiritum sanctum, per quem charitas diffunditur in cordibus nostris. t.7.n.843

Charitas Dei donum est, quam non habemus ex nobis, quasi facientes illam nobis, Dei donum est, & magnum donum est, quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, charitas implet legem. t.9.n.102

Charitas Dei est verissima, plenissima, perfectissimaque iustitia, quoniam id, quod voluntate hominis adiuta, per Dei gratiam fieri posse confiteor, & defendo. t.7.n.508

Charitas Dei inestimabilis supereminet omnem scientiã, quam ostendit nobis indignis pro sola bonitate, & pietate sua. t.9.n.481

Charitas Dei, non per legem diffusa est in cordibus nostris, sed per Spiritum sanctum,

ctum, qui datus est nobis, sed per legem gratia demonstratur, vt lex per gratiam non compleatur. t.7.n.522

Gratiam Dei, sine qua, nemo bene viuit diffunditur in cordibus nostris, non à nobis, sed per Spiritum sanctum. t.2.n.300.

Charitas, & scientia vtrumque est donum Dei, sed vnum minus, scilicet scientia, & alterum maius, scilicet charitas, non hic iustitiam nostram super laudem iustificatoris nostri extollat, vt horum duorum, quod minus est diuino tribuat adiutorio, quod autem maius est humano vsurpet arbitrio. Pelag. t.7. n.527

Charitas ex Deo est, quia Deus est charitas, & qui natus est ex Deo, non peccat, quia charitas non agit perperam, nec cogitat malum, & sic possibilitas, voluntas, & operatio nostra bona ex Deo est, & non ex nobis. t.7.n.525

Charitas, vt habeatur etiam tanta quanta in corpore mortis huius haberi potest, parum nostrę voluntatis arbitrium, nisi adiuuet gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. t. 7. n.971.

Charitatem quisquis contendit habere sine adiutorio Dei, quod aliud nō cōtendit; nisi habere Deū posse sine Deo. Quis autem hoc dicat Christianus? quod nullus audet dicere insanus. t.4.n,721

Charitate humana licet diligere coniuges filios, amicos, ciues, omnia enim ista nomina habent necessitudinis vinculum, & gluten quodammodo charitatis, & ista charitas videtur esse posse etiā Paganorum, & impiorum Iudęorum, & Hæreticorum, & ideo dicitur humana. t.10. n.489. & 490.

Charitate licita humana diliguntur coniuges, & filij aliaque necessitudines sęculares, charitate illicita diligun tur meretriees, aliena Ancilla, aliena filia, &c. t.10 n.492.

Charitatis ardor de sublimitate descendit gratiæ diuinæ: timor autem humilitatis ex amore accidit laudis humanæ, &

CHI & CO

næ, & ideo ille certat per patientiam, hic autem peccat per impatientiam. t.7.n.241

Chirographū Christus deleuit. t.8.n.673.

CI

Ciues terrenæ ciuitatis parit natura peccato vitiata, qui sunt vasa iræ; ciues ergo cælestis patriæ parit, à peccato liberans gratia, qui sunt vasa misericordiæ. t.3.149. & 156.

CO

Cogitare minus est, quam cupere, cogitemus quippe omne, quod cupimus, nec tamen cupimus omne, quod cogitamus, sed cogitare idonei non sumus. 1.Cor.3.&c. t.7.n.604.

Cogitationes nostræ, & cor nostrum non sunt in potestate nostra, quod omnis, qui humiliter, & veraciter pius est esse verissimum sentit Ambros. de fuga sæculi. t.7. n.865.

Cogitationes nostræ malæ non semper diaboli instinctu excitantur, sed aliquotiens ex nostri, arbitrij motu emergunt: bonæ autem cogitationes semper à Deo sunt. t.3.n.147.

Cogniti à Deo, quomodo dicit, nisi faciente Deo, vt cognoscamus Deū, sic & Spiritus sanctus dicitur gemere, pro nobis, scilicet gementes nos facere, infundendo nobis charitatem in Deum, & in proximum. t.4.n.676

Cognitio cum per legem fuerit facta peccati, si non dum dicimus, adiuuat spiritus secundum legem volens viuere vincitur, & sciens peccat, peccatoque subditus seruit. t.3.n.137.

Cognitio, & actio dona sunt Dei, & beatum hominem faciunt: & sicut in cognitione cauendus est error, sic in actione cauenda est nequitia. t.3.n.545

Cognoui quia timeas Deum, idest cognoscere te feci, non quod ipse ante nesciret. t.4. n.483.& t.6.n.465.

Concupiscens carne aduersus spiritum non ea, quę vult facit, concupiscit, quidem nolens, & in eo non facit, quod vult, sed si vincitur concupiscentiæ consentit volens,

& in eo non facit, quod vult: liber scilicet iustitiæ seruus qui peccati. t.1.n.13

Concupiscentia carnis aduersus quam bonus concupiscit spiritus, & peccatum est, quia ineſt illi inobedientia contra Dominũ mentis, & pœna peccati, quia reddita est meritis inobedientis; & causa peccati est defectione consentientis, vel contagione nascentis. t.7.n.725 & 726.

Concupiscentia est carnis, & membra carnis, mens tamẽ, quia dominatum habet si tamen desuper adiuuetur, nè cum ei multum contra Dei gratiam damus non regem, sed tyrannum faciamus. t.10.n.187.

Confessio peccatorum ab homine, & iustitia de cælo prospexit, ideſt à Domino Deo data est iustificatio confitenti, vt ipse agnoscat impius, pium se fieri non posse: nisi ille fecerit, cui confitetur, credendo in eum, qui iustificat impium. t.8.n.644

Confessio publicani meruit iustificationem, & cæci nati suppoſita gratia intellige. t.9.n.224.

Conscientia mea meretur damnationem, & pœnitentia mea non sufficit ad satisfactionem, sed certus est quod misericordia tua superat omnem offensionem. t.9.n.573

Constituti sub lege, non autem sub gratia vincuntur peccatis ad obediendum carnalibus desiderijs, & præuaricationẽ augent reatum criminum suorum. t.4.n.850

Constituti sub lege, non solum repugnantem habent concupiscentiam, sed etiam captiui ducuntur cum obtemperant. t.4.n.849

Continent quidam decepti fide falsa, & vana, sperantes vana, & tantes quibus sunt omnes hæretici quicumque sub nomine religionis aliquo errore falluntur, quia omne quod non est ex fide peccatum est. t.4.n.714

Contines nemo potest esse, nisi Deus det & hoc ipsum erat, sapientiæ scire cuius erat hoc donum. t.1.n.126.& 2. 397. & 431. & 7.467.

Conueniens non erat, vt inui-

tus traheretur ad pœnitentiam, qui spontaneus corruerat in pœnam nè itidem ingratus existeret, suæ reformationi, sicut primæ conditioni. t.10.n.858

Cor cognoscendi me dabo, & aures audientes? certè, qui non accepit reijciet: dum tamen qui capit sumat, & bibat, & viuat. t.7. n.878

Corde mundatur per fidem quia ipsa Dei domus fideles sunt. t.9.n.287

Cordis enim inspector prouidet postulantis mentem an mereatur accipere, non tamen iustum est, vt inuitus saluetur. t.4.n.536

Cor tuum iũge æternitati Dei, & tu cum illo æternus eris, non autem temporalis. t.8. n.704.

Cor nostrum non est in potestate nostra, & nostræ cogitationes, nec ipse facta, & dicta præterijt. Ciprianus: t.7.n.877.

Cor tuum humilia, contere, cor tuum crucia, cor tuum, & tu te ipsum emendabis in minima. t. 8.n.1117

Corpora diligendo peccamus, quia spiritualia diligere, & iustitiam iubemur, & natura possumus, & tunc in genere nostro optimi, & beatissimi sumus, & vtique id agit gratia, vt sanata natura, quod vitiata non potest, possit per eum, qui venit quærere, & saluum facere, quod perierat. t.1.n.17

Cor purum habere in hac vita positus nemo gloriabitur, nec quis: quam dicit se esse sine peccato. t.7.n.944

Corpus hominis creatura Dei est, & anima hominis creatura Dei est, de anima Deus viuificat carnem, animam autem viuificat de se ipso, non de se ipsa. t.10.n.266

Corpus moritur cum percutitur gladio, & moritur anima cum percutitur periurio, os quod mentitur occidit animam Sap.1. t.10.n. 266.

Corpus tamquam exterior homo quanto est hæc vita diuturnior: tanto magis, magisque corrumpitur, cuius resurrectio defertur in finẽ, cum iustificatio nostra perficietur ineffabiliter. t. 3. n.211

C R &c V
n.211.
C R
Credere nemo potest: nisi voluerit, nemo potest velle, ni si veatur, nemo autē sibi potest præstare, vt vocetur, vocando Deus præstat, & fidem, quia sine vocatione non potest quisquam credere, quamuis nullus credat inuitus. t.4.n.448
Creatura nulla, quamuis rationalis, & intellectualis à seipsa illuminatur, sed participatione sempiternæ veritatis accenditur, etiam si aliquando dies vocatur, non dies Dominus, sed quam fecit Dominus. t.8.n.953
Creatura tua, cui est aliud viuere, & aliud beatæ viuere, omne, quod viuit, & beatæ viuit, non debet, nisi gratiæ tuæ attribuere. t.9.n.489
Credere, & intelligere Deum magnum donum gratiæ est, credamus ergo, &c. t.9.n.770.
C V
Cuius enim miseretur facit eū bene operari, & quem obdurat, relinquit eum, vt mala operetur, sed & illa misericordia præcedenti merito fidei tribuitur, & ista obduratio præcedenti impietati. t.1.n.27
Cui vult miseretur, non iustitia, sed misericordia, gratia, & quem vult indurat, non iniquitate, sed veritate vindictæ, &c. t.2.n.299
Cum enim hoc in potestate sit quod cum volumus, facimus nihil tam in potestate, quam ipsa voluntas est, sed præparatur ipsa voluntas à Domino Deo. r.1.n.23
Culpatur, qui prohibent à malo, si modum peccati, modus coertionis excedat, & qui nulla sibi lege subiecti sunt, &c. t.7.n.368
Cultores Dei siue ante incarnationem, siue post incarnationem Christi, nec vixerint, nec viuant, nisi ex fide incarnationis Christi, in quo est gratiæ plenitudo. t. 2. n.457.
D A
DA quod iubes, & iube quod vis. t.1.n.126. & 127. & t.7.879.

DE

De cognoscendo Deo ad cuius notitiam nemo hominum peruenit, nisi per mediatorem Dei, & hominum hominem Iesum Christum. t.5.n.191.

Deduxisti me in voluntate tua, non in iustitia mea, & cum gloria suscepisti me, idest dono tuo, non opere meo. t.8.n.559

Dei arma, quibus non solum nos muniet, sed etiam percutiat inimicos: si bene profecerimus, & nos erimus, sicut etiam nos, vt armemur ab illo, habemus ipse armatur de nobis. t. 8. n. 166. 167.

Dei bonitas tanta est erga omnes homines, vt nostra velit merita, quæ sunt ipsius, & pro his quæ largitus est, æterna præmia sit donaturus. t.3. n.142.

Dei correctio deuiare non sinẽs dirigit iustos fauore gratiæ suæ, nè impediant carnales affectiones. t.8. n.59

Dei filius homine assumpto, non Deo consumpto fundauit fidem, vt ad Deum iter esset homini, per hominem Deum, hic est mediator Dei & hominum homo Christus Deus Iesus,&c, t.5.n.192

Dei miserentis est: non autem volentis, neque currentis. t.3.n.132.

Deo adiuuante mirabilibus, & latentibus modis cum peccatum, quod habitat in membris nostris, quod sic peccatum est, vt sit etiam pœna peccati tranquillus, nunc habebit, postea sanitate perfecta. t.5.270

Deo nec inimici: nisi quemadmodum iustitiæ sunt inimica peccata, quibus remissis tales inimicitiæ finiuntur,& reconciliantur iusto, quos ipse iustificat, quos etiam dilexit, &c. t.3.n.298

Deum colere in hac vita actio pia est, & eius gratia contra vitia interna pugnare, eisque vsque ad illicita indigentibus cogitationibus non cedere, & vbi cæditur indulgentiam, atque vt non cedatur adiutorium Dei affectum religiosæ pietatis exposcere. t.3.n.294

Deum diligere, donum Dei est, quoniam ipse, vt diligeretur dedit

dedit, qui nos dilectus dilexit. t.9.n.341

Deum non credere, idest ignorante, vt cognoscat, & credat in quo opera bona nulla sunt Dictum est, non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis, quia in vanitate secus atque tenebris obscuratum habens intellectū lib.arb. lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mūdum, videre non potest, nisi Deus propter suam misericordiam illuxerit in corde suo t.7. n.939.

Deum nullatenus æqualiter omnes Angeli, vel animę sanctorum, vel nunc vident, vel post resurrectionem videbunt, sed secundum donatoris dispensationem, & meritorum qualitatem vnusquisque tamen sufficientem in eius visione suis meritis habebit beatitudinem, nec plus quærit, quam habebit beatitudinem, nec se minus habere, quam volet dolebit. t.3.n.738.

Deum summum, & verum nos confitemur: ita voluntatem

summamque potestatem, ac prescientiam eius confitemur. Nec timemus, nè ideo voluntate non faciemus; quod volūtate facimus, quia ille id nos facturos præscivit, cuius præscientiam falli non potest; quod cicero timuit. t.5.n.85

Deum videre res posita est in potestate facientis, quoniam regnum Dei vim patitur, regnum Cælorum aliud non quærit pretium ò homo, nisi te ipsum, tantum valet, quantum es, te dà, & habebis illud. t.9.n.547

Deus cuius vult miseretur, & quem vult indurat, sed voluntas Dei iniusta esse non potest. Venit de occultissimis meritis. Rom.9. t. 4. n.414.& 7.824.

Deus adest menti, quando ex vera fide viuitur illuminandæ, & concupiscentiæ superandæ, & molestiæ perferendæ; & hoc fit, quando fit propter ipsum, & amatur qualis amor nobis inest. t.7. n.726.

Deus adiuuat cum homo luctatur, & finito certamine illum

illum coronat. t.8.n.797
Deus adiuuat in pugna, protegit ab estu, non deserit tolerat dura, &c. t.8.n.150
Deus adiuuat non tantum pios homines, sed etiam non pios vt pij efficiantur, ac ipsum Deum inueniant. t.1.n.12
Deus agit, quod vult in cordibus hominum, vel adiuuando, vel iudicando, vt etiam per eos impleatur, quod manus eius, & consilium prædestinauit, vt fiat. t.7.n.859.
Deum amare, & secundum hominem, sed secundum Deū amare proximum, sicut etiā ipsum, proculdubio propter hunc amorem dicitur voluntatis bonæ, quæ vsitatius in scripturis sacris charitas appellatur, sed amor quoque secundum easdem sacras litteras dicitur. t.5.num.249.
Deus amissus mors animæ: anima amissa, mors corporis est; mors corporis necessaria est, mors animæ voluntaria. t.10.n.12
Deus aperit aures cordis nostri, ac dicit animæ nostræ, salus tua, ego sum. t.1.n.47
Deus autem fecit hominem, quamdiu non peccaret, immortalitate vigeret, vt ipse sibi auctor esset ad vitam, aut ad mortem, vt custodiens se à peccato, labore suo gauderet, & esset immortalis, & è contra. t.4.n.507
Deus autem noster in cælo, & in terra omnia quæcumque voluit fecit, in cælo, & in terra, ipse det tibi gratiam, vt in ipso facias, quod vis, nisi enim ipso adiuuante, nec in te facis quod vis. t.8.n.1067.
Deus autē nulli debet aliquid, quia omnia gratuito præstat, & si quisquam dicet ab illo aliquid deberi meritis suis certe, vt esset non ei debebatur. t.1.in.479
Deus benedicit iustum, sed prius iustificat. t.1.n.116
Deus castificat te, non de te, sed de illo, qui venit, vt habitet in te, tamen quia agis aliquid ibi voluntate, ideo, & tibi aliquid tributum est. Et dicas Adiutor meus esto, ne derelinquas me. Psal. 26. t.9.n.412.

D E

Deus clamantes ad se etiam paganos non eos audit ad æterna, nisi in monte sancto eius adorauerit, sed ad temporalia eos audit. t.8.n.764

Deus, cui vult miseretur, & quæ vult indurat miseretur magna bonitate, & indurat nulla iniquitate, vt nec liberatus de suis meritis glorietur, nec damnatus, nisi de suis meritis conquæratur. Sola enim gratia redemptos discernit à perditis. t.1.31. & t.3. n.132.

Deus dat, quod iubet, & adiutat, vt faciat, cui iubet, & semper est in nobis, voluntas libera, sed non semper est bona; aut enim à iustitia libera est, quando seruit peccato, aut à peccato est libera, & tunc est bona, quia seruit iustitiæ, t.7. n.896

Deus enim est, qui omnia quæ prædestinauit, implet; ideo & pro inimicis fidei orare nos voluit; vt hinc intelligeremus, quod etiam ipse infidelibus donat, vt credant, & volentes, ex nolentibus faciant. t.7.881

Deus est, qui dat fidem, his qui

D E

ad eum perueniunt, Spē, & Charitatem, & alias virtutes. t.1.n.360.

Deus est, qui docet, nec quisquam præteripsum alios doctor. veri vbicunque, & vndecunque clar uerit. t.1.n.74

Deus est, qui operatur in nobis, velle, & operari, pro sua bona voluntate, quia vt haberemus bonam voluntatē illius vocatio præcessit. t.1.9 n.203. & t.8.n.463. & 1134, & t.1.n.23. & t.4.n.914. & t.5.n.461. & t.6.n.574. & t.7.n.881. & 892. & 564. & t.10.n.443. & 563.

Deus est lumen cordis hominis, & panis oris intus animæ illius, & virtus illuminās mentem eius, & sinum cogitationum mentis eius, qui non eum amat, & fornicatur abs te est. t.1.n.51

Deus est omnibus beatis tamquam vitam victusque communisque lib. arb. eidem intellectui naturæ tribuit tale, vt si vellet deserere Deum beatitudinem, scilicet suam continua miseria esset secuta, &c. t.5.n.460

Deus est, qui iustificat impium

non

non præuentus humaua voluntate, sed ipse præueniens hominis voluntatem misericordia sua Deus meus misericordia eius præueniet me. Psal. 58. &c. t.7.n.960

Deus est seuerus, vt terrore, quæ ab eo condita sunt conseruentur, nè negligentia pareret vitæ præcipitium, ac tanta est eius clementia, vt contumelias passus ab his quos fecit sufferat, & prior vocet ad pacem, & sic aliquando diligi, aliquando timeri se vult, &c. t.4.n.497

Deus est vita animæ, sicut anima est vita corporis, &c. t.9.n.588.

Deus est vita beata hominis, sicut anima est vita carnis. t.5.n.400.

Deus fecit hominem, & dimisit eum in manibus arbitrij sui, t.9.n.232

Deus fecit Mundum, & Solem, & Lunam, & Stellas creauit, constituens eis cursus, quibus gubernatur genus humanum: numquid non habet potestatem imperare illis, vt aliquando aliud faciant, quam decretum habent: sic enim ea condidit, vt voluntati eius subiaceant. t.4.n.598.

Deus fecit naturas omnes, non solum in virtute, atque iustitia permansuras, sed etiam peccaturas, non vt peccarent: sed vt essent ornatura vniuersum, siue peccare, siue non peccare voluissent. t.1. n.475.

Deus illos emendat, vt corrigat, hos vero probat, vt augeat, illos scilicet peccatores à culpa reuocat, hoc sanctiores sibi reseruat, illic peccata corriguntur, hic merita virtutis augentur, & ideo sancti viri cum peccatoribus affliguntur. t.10.n.372

Deus in nos agit, vt quod vult velimus, & agamus vt, & nos cooperatores simus gratiæ Dei. t.3.n.142

Deus ipse, vt credere incipiamus operatur qui vniuersa operatur, vocationem quippe illam, de qua dictum est, sine pœnitentia sunt dona, & vocatio Dei. t.7.n.857

Deus ita ex cordibus hominū atque in ipso lib. arb. operatur, vt sancta cogitatio, pium consi-

consilium, omnisque motus bonæ voluntatis, ex Deo sit, sine quo nihil possumus. t.3. n. 141.

Deus iustus est, & misericors præsciusque futurorum; ex hac damnabili massa, non personarum acceptione, sed iudicio æquitatis suæ irreprehensibili, quos præscit misericordia gratuita præparat, idest prædestinat ad æternam vitam cæteros autem pœna debita punit. t.7. n.960.

Deus habet in seipso absconditas causas quorumdam factorum, quas rebus conditis non inseruit easque implet non illo operæ prouidentiæ, quo naturas substituit, vt sint, sed illo quo eas, administrat, vt voluerit, quas, vt voluit condidit, ibi est, & gratia per quam salui fiunt peccatores. t.3.n.451.

Deus hoc ipsum, quod iustificat hominem, nimis occulto iudicio facit, quoniam gratuita gratia, si autem gratia, non ex operibus, aliter non esset gratia. t.2. n.393

Deus hominem beatum facit

non necessitate, sed voluntate Deo faciente, & iuuante. t.1. n.467.

Deus hominem fecit bonum, non se ipse, homo vt sit bonus re fecit, dum volentem, credentem inuocantem liberat à malo. t.7. n.967

Deus hominem ita optimè fecit, vt si vellet manere optimus nullo resistente impediretur. t.4. n.378

Deus hoc promittit, quod ipse facit, non ipse promittit, & alius facit; quod iam non est promittere, sed prædicere. t.3. n.45. & 746

Deus malas voluntates, quas voluerit, quando voluerit, vbi voluerit, in bonum potest conuertere, & cum facit, per misericordiam facit, & cum non facit per iudicium non facit. t.3.n.131

Deus multa bona facit in homine, quæ non facit homo: nulla veræ bona facit homo, quæ Deus non facit, vt faciat homo. t.3. n.754

Deus nec de ipsa perseuerantia boni voluit sanctos suos in viribus suis, sed in ipso gloriari, qui eis non solum dat

DI RI

adiutorium, quale primo homini dedit, sine quo non possint perseuerare, si velint, sed etiã in eis operatur, vel-le, vt quoniam non perseuerabunt: nisi & possint, & velint, perseuerandi eis possibilitas, & voluntas diuinæ gratiæ largitate donetur. t.7. n.917.

Deus neminem ad peccandum cogit, præuidet tamen eos, qui propria voluntate peccabunt, cum ergo non vindicet iustus, quæ fieri non cogit præscius? sicut enim nemo memoria sua cogit facta esse, quæ prætereunt, sic Deus præscientia sua non cogit facienda, quæ futura sunt. t.3.n.379.& 757

Deus nolentem non castificat. t.9.n.411.

Deus non cessauit vocare, aut vocatum neglexit instruere, aut instructum cessauit perficere, aut perfectum neglexit coronare. t.8. n.795

Deus non dat nobis debitam pœnam, sed indebitam gratiam, debebat vindictam, dat indulgentiam. t.8. n. 127.

DI E

Deus non elegit opera cuiusquam in præscientia, quæ ipse daturus est, sed fidem eligit in præscientiã, vt quem sibi creditrum esse præscit, eripsum elegerit, cui Spiritum sanctum daret bona operando etiam æternam vitam consequeretur. t.1. n.23.& t.7.n.843.& 878.

Deus non elegit operantes, sed elegit credentes potius, vt ipse illum faciat bene operari per Spiritum sanctum, per quem charitas diffunditur in cordibus nostris. t.4.n. 853.

Deus non per seipsum inducit intẽtationem, sed inducit patitur eum, quem suo auxilio deseruisset ordine occultissimo, ac meritis, causis etiam sepæ manifestis dignum iudicat ille, quem deserat, & induci sinet, &c. t.4.n.816

Deus omnipotens non de sua natura, neque de subiacenti creatura, sed de nihilo potuit facere flatum, quem corpori hominis inserendo inspirasse, vel insuflasse conuenienter dictus est, incorporeus in corporeum, sed immuta-

mutabilis mutabilem, quia non creatus creatum. t.5. n.244.

Deus omnes homines vult saluos fieri, nullo alio modo intelligatur prestari; nisi per mediatorem Iesum Christū Dominum nostrum cum verbum caro factum est. t.2. n.194.

Deus operatur hominem, vt pius sapiensque sit, eumque custodire, quod homo sua potestate in se tutus esse non potest. t.3.n.436

Deus operatur in cordibus hominum, ad inclinandas eorum voluntates, quocunq; voluerit, siue ad bona pro sua misericordia, siue ad mala pro meritis eorum iudicio vtique suo aliquando aperto aliquando occulto, semper autem iusto. t.7. n.901.& 902.

Deus operatur in cordibus hominum non solum veras reuelationes, sed etiam bonas voluntates. t.7.n.526

Deus operatur in nobis velle & operari pro bona voluntate in his qui per electionem gratiæ salui fiunt. Phil. 2. t.2.n.309.& 310. & 265.& t.3.n. 572. & t.7. n. 463.& 871.& 912.

Deus parcit ineffabili modo,& pietate sua,& non solum nos admonet; sed etiam rogat, vt nos à peccatis mortiferis reuocemur, nè nos postea non audiat dum iudicat.t.10 n.586.

Deus pater attrahit ad filium quos dimisit in lib.arb. sic fieri potest, sic etiam potest, vel ea, quæ legum coertionibus admonentur, non auferant lib. arb. t.7.n.92

Deus pater quomodo attrahit si dimittit,vt quis, quod voluerit eligat, & tamen vtrūque verum est; sed intellectu si hoc penetrare pauci valunt. t.7.n.92

Deus primum hominem male vsurum lib.arb. hoc est peccaturum esse, præsciebat,ad hoc potius præparauit voluntatem suam, vt bene ipse faceret, etiam de male faciente, ac sic hominis voluntate mala non euacuaretur: sed nihilominus impleretur omnipotentis Dei bona. t.3. n. 134.

Deus promittit, quod ipse facit, non enim promittit ipse & alius facit, quod iam non est promittere, sed prædicere: ideo non ex operibus, sed ex vocante, nè ipsorum sit, & non Dei. Nè merces non imputetur secundum gratiam, sed secundum debitum; atque ita gratia iam non sit gratia cuius vehemens defensor est Apostolus. t.3.n.585

Deus quia omnipotens est omnia peccata dimittere potest, & homo à peccatis liberari non potest, & mundari, nisi Deus liberet, & mundet. t.10.n.614

Deus qui creauit, & creat hominem, vt homo sit, ipse operatur hominem, atque custodit, vt etiam bonus sit, & beatus. t.3.n.436

Deus quidem mundum fecit, & corpora prorsus animas, sed vt corpus corruptibile aggrauet animas, & caro concupiscat aduersus spiritum non est præcedens natura hominis instituti, sed consequens pœna peccati. t.3.n.304.& 754.

Deus qui est iustissimè moderator vniuersitatis consulentibus consultisque nescientibus, occulto instinctu agit, vt dum quisq. consulit hoc audit, quod oportet eum audire occultis meritis animarum ex abisso iusti iudicij sui, & non diuisiones, &c. t.1.n.92.

Deus quod dignatur vocat, & quam vult religiosum facit Ambros. lib.6. miserebor, cui misertus sum, Pelagius non dicit effici, nisi arb. libertate. t.7.n.532.

Deus quos prædestinauit, ipsos & vocauit, & sanctificauit, & mundauit, vt dignum habitaculum sint, suæ maiestatis: cum quibus, & in quibus sunt ei deliciæ sanctæ, & mundæ in quibus delectatur. t.9.n.534

Deus semper præsentem mihi se exhibet semper paratum offert quocunque me verto, me non deserit vbicunque fuero non recedit, quicquid pariter assistit, & tandem cunctis actionibus meis perpetuus inspector, & cooperator assistit. t.9.n.510

Deus si nos elegisset, quia bonos futuros esse nos præsciuerat simul etiam præsciisset, quod eum nos fuissemus prius electuri. Non enim aliter esse possemus boni: nisi fortè, dicendus est bonus, qui non elegit bonum. t.9. n.310.

Deus solus iustus est, vt iustificans, & suam volentes constituere, id est velut à se sibi paratam voluntatem, non ab illo impertinentiam iustitiæ Dei non sint subiecti. t.5.n.323.

Deus solus occultorum cognitor est, minorem benedicendum mereri Isaac ostendit, vt in benedictione non hominis ostenderet esse beneficium, sed Dei, quia officij dignitas non hominis meritum, quam Dei sequitur benedictio. t.4.n.504

Deus si respexit, vt adimplenda, quæ mandat ipse adiuuare credatur, vt agi homo cœperit Dei spiritu concupiscitur aduersus carnem fortiore robore charitatis. t.3. n.137.

Deus tales hos amat, quales futuri sumus ipsius dono, non quales nostro merito. t.3. n.56.& 746.

Deus tibi carnem dedit, Deus tibi sensus, Deus tibi animam, Deus tibi mentes, Deus tibi intelligentiam dedit, non tu das tibi iustitiā. Qui confidunt in virtute sua. Psal. 48. omnia sine iustitia nihil sunt. t.10.n.370

Deus tibi dat fortitudinem facere virtutem, vt statuat testamentum suum, quod iurauit patribus vestris. Deut. 8. t.7.n.827

Deus tradidit illos in concupiscentias cordis eorum faciāt quæ non conueniunt, non illic mali Angeli tanquam in materia sui operis versantur, & gaudent quibus iustissima subdita est vitiositas humana, præter eos quos liberat gratia misit in eos iram. Psal.77. t.8.n.599

Deus voluntatibus præest, vt sine suo iussu, vel permissu, nihil faciant. t.3. n.441.

Deus vult fieri quod non nisi volentibus hominibus oportet fieri inclinari hominum corda, vt hoc velint eo, scili

cet

D E

cet inclinante, qui in nobis mirabili modo, & ineffabili operatur, & velle ad causam de qua dixerimus, non pertinere dixerunt. t. 7. n. 859.

Dæmones dominabantur, à quorum dominatione non liberauit, nec liberat: nisi gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. t. 5. n. 75.

Dæmonum fallacia miris modis delectantur maligni spiritus, qui, & deceptores, & deceptos pariter possident à quorum dominatione non liberat, nisi gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum. t. 5. n. 78

Deuictus homo seruus vincenti addictus est à quo deuictus est, &c. t. 3. n. 137

Desiderijs prauis, quia non consentimus in gratia sumus, & non regnat peccatum in corpore nostro, cui autem dominatur peccatum, quamuis peccato non resistat, adhuc sub lege est, non sub gratia. t. 4. n. 847

Desperare vtique potuissem propter peecata mea, & nimia vitia mea culpas, & infinitas negligentias meas, quas ægi, & quotidiæ indesinenter ego corde, ore, & operæ & omnibus modis, quibus humana fragilitas peccare potest, nisi verbum tuum caro fieret, & habitaret in nobis, ac chirographus destrueret, &c. t. 9. n. 546

D I

Diabolus, neque tanta vis est, & potentia, vt per potestatem eiusdem conditionis superari minimè potuisset, cũ constet Dei auxilio ipsum ab hominibus vinci. Nam quamuis impar sit si ex terrenis sumamus exempla, tamen ex aliqua parte conuenient rationi. t. 4. n. 588

Diligere non possumus Deum, nisi prius diligeremur ab eo, diligamus Deum, qui prior dilexit nos. 1. Io. 4. t. 9. n. 305.

Diliges Dominum Deũ tuum non viribus humanis, quasi nostram constituentes iustitiam, sed gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum. t. 2. n. 529

D O.

DO

Domine antequam nascerer ego filius Ancillæ tuæ spes mea ab vberibus matris meæ tu me præuenisti præparans mihi semitas, quibus incederem, & venirem ad gloriam domus tuæ priusquam me formares in vtero nouisti me, antequam exirem de vulua quicquid tibi placuit præordinasti me. t. 9. n. 532.

Domine credebam me aliquid fore ex me, existimabam me sufficere per me, nec percipiebam, quoniam tu regebas me, donec aliquantulum te elongasti à me, & cecidi statim in me, & vidi, & cognoui, quoniam tu regebas me, & quod cecidi fuit ex me, & quod surrexi fui ex te. t. 9. n. 526.

Domine dà mihi, vt desiderem te, vt amem te, quantum volo, & quantum debeo immensus es, & sine mensura debes amari præsertim à nobis, quos sic amasti, sic saluasti pro nobis tanta, ac talia fecisti. t. 9. n. 546

Domine si quid boni habui à te recepi, quicquid boni habeo suum est, vel à te habeo, si quando steti, per te steti, si quando cecidi, per me cecidi, & semper in luto iacuissem, nisi tu me erexisses. t. 9. n. 526

DO

Domine sperabam aliquando in virtute mea, quæ tamen non erat virtus, & cum sic volui currere, vbi magis stare credebam, ibi magis cecidi factusque sum magis retro, & non ante, & quod credebam magis consequi, magis elongatum est à me. t. 9. n. 532.

Dominus cum possidere nos cœperit profecto aduersarius, qui fuerat noster, ipsius fit, vt vinceretur à nobis, sed non viribus nostris, quia non in virtute nostra. t. 5. n. 324.

Dona alia sunt, quæ Deus dat inimicis, & alia, quæ seruat amicis suis. t. 9. n. 472

Dona Dei hæc, scilicet (quando est Iesus resurrectione clarificatus) sunt merita nostra, quibus ad summum bonum immortalitatis, & beatitudinis peruenimus. t. 3. n. 294.

Dona

D O

Dona Dei sunt, & non tantum bonis, & malis communia, sed etiam bestijs, & pecoribus. Ipsum esse viuere, videre, sentire, audire, & cæteris fungi se suum muneribus, dona Dei sunt. t. 8. n. 810.

Dono Dei, quod creatura facit, Deus facere dicitur, vt cum misereris pauperis, quia dono Dei facis, Deus miseretur tu illuminabis lucernam meam Domine. t. 8. n. 350

Donum Dei erat, vt facere, sed nunquid ei aliquid dederas priusquam fieres, quod tibi hoc redderet, vt fieres? nihil prorsus dederas. t. 9. n. 508.

Donum Dei est diligere Deum ipse vt diligeretur donum dedit, qui non dilectus dilexit, displicentes amati sumus, vt fieret in nobis vnde placeremus. t. 3. n. 368 & 757.

Donum Dei est, vt veraci corde, & spiritualiter clamemus ad Deum. t. 7. n. 882

Donum Dei, & vocatio, sine pœnitentia sunt: post autem si peccauerint, per pœnitentia, poterunt mereri veniam. t. 4. n. 559.

Donum Dei si in potestate homo haberet, & à seipso non vtique posceret orando, & gratuita non daretur gratia, nec esset gratia, quia debita daretur, &c. t. 2. n. 301

E

ECce homo, quod bonum non agit, sed quod vult malum hoc agit, quia velle adiacet illi, perficere autem bonum non illi adiacet. t. 7. n. 516.

Ecclesia catholica vtitur gentibus, ad materiam operationis suæ: hæreticis ad probationem doctrinæ suæ, schismaticis ad documentum stabilitatis suæ, Iudeis ad cõprobationem pulchritudinis suæ. t. 1. n. 492

Ecclesia carnales suos tanquam paleas tolerat, quibus in area frumenta tutiora sunt donec talibus tegminibus exuã tur, & in hac area pro voluntate quisque, vel palea, vel frumentum est tamdiu sustinetur peccatum, seu error cuiusli-

E C & D

cuiuslibet, donec aut accusatorem inueniat, aut prauam opinionem pertinaci animositate defendat. t.1.n.492.

Ecclesia catholica alios instituit, alios excludit: alios relinquit: alios antecedit: omnibus tamen gratiæ Dei participandæ dat potestatem, siue illi informandi sint adhuc, siue reformandi, siue recolligendi, siue admittendi. t.1.n.492.

Ecclesia catholica tria defendit contra Pelagij venena. Quorum primum est, gratia Dei non secundum merita dari, secundum in quantacunque iustitia sine quibuscunque peccatis, in hoc corruptibili corpore neminem viuere. Tertium obnoxium nasci hominem in peccato primi hominis, & vinculo damnationis obstrictus, nisi renatus baptismo saluetur, &c. t.7.n.861.

E D

Edificium nostrum, quamuis sine operæ sui, non subsistat artificis, nec fabrica nostra possit esse incolumis, nisi ei

E L

protectio fuerit conditoris tamen quia lapides rationales sumus, & viua materies, sic nos auctoris nostri exterruit manus: vt cum opifice suo etiam is, qui reparatur operetur. t.10.n.509.

E L

Elaboratum est, pro lib. arb. voluntatis humanæ, sed vicit gratia Dei: quid enim habes, quod non accepisti: si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis. t.7.n.444.

Electi enim non sunt, quia boni fuerunt, qui boni non essent, nisi electi essent: alioquin gratia, non esset gratia, si præcessisse merita contendimus: hæc quippe electio gratia Dei est. t.9.n.310.

Electi tantum gaudebunt, quantum amabunt, quantum cognoscunt Dominum. t.9.n.354.

Electionem non præcedentia meritorum in bonis operibus, sed electionem gratiæ demonstrans Apostolus Rom. 11. Dicens: si autem gratia, non ex operibus: alioquin gratia non est gratia.

D O

Dona Dei sunt, & non tantum bonis, & malis communia, sed etiam bestijs, & pecoribus. Ipsum esse viuere, videre, sentire, audire, & cæteris fungi se suum muneribus, dona Dei sunt. t. 8. n.810.

Dono Dei, quod creatura facit, Deus facere dicitur, vt cum misereris pauperis, quia dono Dei facis, Deus miseretur tu illuminabis lucernam meam Domine. t.8.n.350

Donum Dei erat, vt facere, sed nunquid ei aliquid dederas priusquam fieres, quod tibi hoc redderet, vt fieres? nihil prorsus dederas? t. 9. n. 508.

Donum Dei est diligere Deum ipse vt diligeretur donum dedit, qui non dilectus dilexit, displicentes amati sumus, vt fieret in nobis vnde placeremus. t.3.n.368 & 757.

Donum Dei est, vt veraci corde, & spiritualiter clamemus ad Deum! t.7.n.882

Donum Dei, & vocatio, sine pœnitentia sunt: post autem si peccauerint, per pœnitentia, poterunt mereri veniam. t.4.n.559.

Donum Dei si in potestate homo haberet, & à seipso non vtique posceret orando, & gratuita non daretur gratia, nec esset gratia, quia debita daretur, &c. t.2.n.301

E

ECce homo, quod bonum non agit, sed quod vult malum hoc agit, quia velle adiacet illi, perficere autem bonum non illi adiacet. t.7. n.510.

Ecclesia catholica vtitur gentibus, ad materiam operationis suæ: hæreticis ad probationem doctrinæ suæ, schismaticis ad documentum stabilitatis suæ, Iudeis ad cõprobationem pulchritudinis suæ. t.1.n.492

Ecclesia carnales suos tanquam palcas tolerat, quibus in area frumenta tutiora sunt donec talibus tegminibus exuãtur, & in hac area pro voluntate quisque, vel palea, vel frumentum est tamdiu sustinetur peccatum, seu error cuiusli-

cujuslibet, donec aut accusatorem inueniat, aut prauam opinionem pertinaci animositate defendat. t.1.n. 492.

Ecclesia catholica alios instituit, alios excludit: alios relinquit: aliós antecedit: omnibus tamen gratiæ Dei participandæ dat potestatem, siue illi informandi sint adhuc, siue reformandi, siue recolligendi, siue admittendi. t.1.n.492.

Ecclesia catholica tria defendit contra Pelagij venena. Quorum primum est, gratia Dei non secundum merita dari, secundum in quantamcunque iustitia fine quibuscunque peccatis, in hoc corruptibili corpore neminem viuere. Tertium obnoxiu finasci hominem in peccato primi hominis & vinculo damnationis obstrictus, nisi renatus baptismo saluetur, &c. t.7.n.861.

Edificium nostrum, quamuis sine operæ sui, non subsistat artificis, nec fabrica nostra possit esse incolumis, nisi ei

protectio fuerit conditoris tamen quia lapides rationales sumus, & viua materies, sic nos auctoris nostri extertuit manus: vt cum opifice suo etiam is, qui reparatur operetur. t.10.n.509

Elaboratum est, pro lib. arbitrio voluntatis humanæ, sed vicit gratia Dei: quid enim habes, quod non accepisti: si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis. t.7.n.444.

Electi enim non sunt, quia boni fuerunt, qui boni non essent, nisi electi essent: alioquin gratia, non esset gratia, si præcessisse merita contendimus: hæc quippe electio gratia Dei est. t.9.n.310

Electi tantum gaudebunt, quantum amabunt, quantum cognoscunt Dominum. t.9.n.554.

Electionem non præcedentia meritorum in bonis operibus, sed electionem gratiæ demonstrans Apostolus Rom. 11. Dicens si autem gratia, non ex operibus alioquin gratia non est gratia.

E L T & X

t.4.n.722.

Electionis, & reprobationis causæ in libro vitæ manifestæ erunt omnibus, quando erimus in patria, vbi nullus superior superbus erit, nullus inferior inuidus erit, sed omnes sicut seipsum diliget. t.9 n.556.

Electio secundum gratiam non secundum debitum debet intelligi. t.7.n.855

E T

Et alio quippe loco, cum diu asseruisset non adiutorio Dei sed ex nobis ipsis in nobis effici voluntatem bonam opposuit sibi Pelagius ex Epistola Philip. 2. dogmati suo opposita. t.7.n.522

Etas corporis non est in voluntate, nec vllus secundum carnem crescit, quando vult, sicut nullus quando vult nascitur nemo ex aqua, & Spiritu sancto nascitur, nisi volens. t.9.n.404

E X

Excusatio nulla ante tribunal Christi esse poterit, cum Dei adiutorio totis viribus laboremus, vt in animis nostris plus prævaleat bonitas, quam malitia, plus patientia, quam iracundia, plus benignitas, quam inuidia; plus humilitas, quam superbia. t.10.n.506

Ex Dei gratia omnia. t.1.n.155 & 157.

Exurge Domine, ideſt fac me exurgere. t.8.n.17

F E

FEcimus quod dixisti (inquiunt inqui) quare, non redis quod promisisti. Respondet tibi Deus, vt accipias, quod promisi ego dedi, vt faceres, quare acciperes, ego dedi denique superbis loquitur. Quid vultis mecum in iudicio contendere: omnes dereliquistis me. t.8.n.1132.

Feliciano Aug. dixit. Nec præsumam vnquam in sapientia verbi, ne euacuetur crux Christi, sed simplicitati obedire potius studio, quam tumori. t.6.n.536

F I

Fidelem vnumquemque esse secundum donum gratiæ, non secundum meritum pro piæ

FII

piæ voluntatis: propriæ voluntatis meritum bonum tunc est, quando grátiæ donum præcedit vniuscuiusque voluntatem, & operatur, vt meritum, faciat homo per propriam voluntatem. t. 7. n. 945.

Fideles in fælicitatem in posteros traijciunt, quod non est iam illorum per spiritum regeneratorum, sed quo in carne genera si sunt mortalis seminis vitium. t. 7. n. 492.

Fidelis vocatur populus, sicut credere respondetur, non re ipsa annuente mente, sed ipsius rei sacramentum percipiendo: cum autem homo sapere cœpit, non illud sacramentum repetit, sed intelligit ciusque veritati consona etiam voluntate coaptabitur. t. 1. n. 58

Fidei initij, & perseuerantiæ perfectionis media sunt illa quibus rectè viuimus, quæ ipsi etiam donari nobis à Deo fide impetrante consentiunt. Hæc autem omnia, vsque in finem dona sunt sua. t. 7. n. 880

FI

Fidei initium hominum donũ Dei est, & esse nos admonet, &c. t. 7. n. 858

Fidem donum Dei esse idoneis testimonijs egisse mus in prioribus opusculis, similiter incrementa fidei contra Pelagianos, sicut continentiã iustitias pietatem. t. 7. n. 859.

Fidei inchoationes, quædam fiunt conceptionibus similes, non tamen solum concipi, sed etiam nasci opus est, vt ad vitam perueniatur æternam, non tamen sine gratia fiunt, quia opera si qua bona sunt, consequuntur gratiam non præcedunt. t. 4. n. 444.

Fidem non habens, quæ videntur bona opera, etiam in peccata vertuntur, omne, quod non est ex fide peccatum est. t. 7. n. 612

Fidem posse habere, sicut posse habere charitatem non est naturæ hominum, sed gratiæ est fidelium. t. 3. n. 215. & 754.

Fidem qui habent, fideles vocãtur, & qui non habent infideles, sicut qui fidelium Dei

FII

non receperunt . t.3. num. 289.

Fidem veram , & pietatem nè quis extollat se de lib. arb. in bonis operibus, quisquis sic accipiat, vt noluerit dantem, aut quisquis datori non sit ingratus medico non superbiat , &c. t.10. num. 305.

Fidem verè habet ; verè spem habet , verè charitatem habet , & Deum, qui pro veritate, & vnitate Christi , non dico res suas, sed istas etiam vitam suam alijs dumtaxat auferentibus , atque interficientibus a miseris, &c. t.7. n. 243.

Fidem se nemo glorietur penitus ex proprio sensu genuisse in se, per quam possit credere Deo , sed agnoscat tamen ante legem , quam sub lege,& post legem fidē,quæ à Deo est in Christo Iesu per illuminationem gratiæ: quę à Deo patre est vnicuique reuelatam , ad salutem. t.7. n. 945.

Fidem Christi non apprehendit , qui ignorat Dei iustitiam,qua continetur super-

FII

bus: t.3. n.352.& 755

Fides datur, priusquam postuletur ab illo cui datur . t.7. n.876.

Fides diuinitus datur Apostolus, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est , non operibus, ne forte , quis extollatur . t.3. n.113

Fides est initium corrigendi cor veniēs, & pertransibis ab initio fidei , & quisquis ita elegerit bonum , sicut vnicuique Deus partitus est mensuram fidei . Rom. 12. t.7.n.978.

Fides igitur , & inchoata , & perfecta donum Dei est , & hoc donum quibusdam dari, quibusdam non dari, omnino non dubitet , qui non vult litteris sacris repugnare. t.7.n.848

Fides in te donum Dei est. t.10. n. 309.

Fides non ex operibus, sed opera ex fide sunt , ac per hoc ab illo sunt opera iustitiæ,nobis, à quo est ipsa fides , de qua dictum est iustus ex fide viuit . t.7.n.891

Fides non omnium est, & nouit Dominus qui sunt eius ,

nec

nec credere potuissem, nisi mē Dei misericordia præueniisset, &c. t. 8. n. 668

Fides nostra, vt conseruetur magna Dei gratia est, & magna pœna est occidere primogenita, quando homines in afflictione Ecclesiæ constituti perdunt fidem. t. 8. n. 1069.

Fidei nulla opera debemus anteponere, idest, vt ante fidem quisquam dicat bene operatus sū. Ea enim, scilicet fides ante est, quamuis videantur hominibus laudabilia inania. t. 8. n. 125

Fides omnium bonorum est fundamentum humanæ salutis initium, sine qua nemo ad numerum filiorum Dei poterit peruenire, & sine ipsa in hoc sæculo, nec iustificationis consequitur gratiam, nec in futuro possidebit vitam æternam. t. 10. n. 703.

Fides per dilectionem operatur non secundum litteram, quę occidit, sed secundum spiritum, qui viuificat, ad quam Dei gratia lex de præuaricatione terrendo tanquam pe-

dagogus perducit. t. 7. n. 623.

Fides per dilectionem operatur, quam non præstat littera iubens, sed spiritus iuuās, non lex, sed gratia, non vetus testamentum in seruitutem generans, sed nouum, in quo non sunt Ancillæ filij, sed libere, qua libertate Christus nos liberauit. t. 6. n. 437.

Fides, quæ est bonorum omnium fundamentum, & initium sapientiæ, & salutis; necessaria est ad veram beatitudinem peruenire volentibus, sine fide impossibile est placere Deo. Heb. 11. t. 10. n. 448.

Fides recta est Dei via, & illius donum, qui gressus nostros propterea dirigit primitus, vt velimus. t. 2. n. 319

Fides vacua est, si non bene operatur, licet homo iustificetur, sine operibus legis præcedentibus, sicut Apostolus dicit: potest tamen per fidem, sine operibus præcedentibus iustificari, quis, & sic iustæ operari. t. 4. n. 423

Fides sine operibus neminem

FI

saluat. t.7. n.612

Fides Christi est, sine qua, & resurrectionis eius, quam Deus hominibus definiuit, quæ vtique sine incarnatione eius, ac morte non potest veraciter credi, nec antiquos vt iusti essent à peccatis potuisse mundari, & Dei gratia iustificati, veritas Christiana non dubitat. t.7. n.541.

Filio viduæ, quit profuit fides sua, quam vtique mortuus non habebat, cui tamen profuit matris fides, vt resurgeret, quanto ergo potius fides aliena potest consulere paruulo, cui sua perfidia non potest imputari. t.1. n.486.

Filius Dei immutabiliter bonus in se manens, quod erat, & à nobis, & pro nobis accipiens quod non erat, præter animæ suæ detrimentum nostrum dignatus inire consortium, prius sine vllo malo suo, mala nostra perferret: ac sic iam credentibus, quantum nos diligit Deus, & quod desperabamus iam desperantibus dona in nos sua,

FR & GE

sine vllis bonis meritis nostris immo malis præcedentibus, & malis meritis nostris indebita largitate conferret. t.3. n.294

FO R

Fructum bonum, nec esse eius à quo fit bonum, nisi bona factum fuerit voluntate, sed Dei opus bonum, à quo etiam per malos fit bonum, ac per hoc nec eius fructus iste dicendus est. t.7.n.702

GE

GEntilis, qui non viuit, ex fide si nudum operauerit, periclitatem liberauerit: ægri vulnera fouerit, diuitias honestę amicitiæ impenderit, ad testimonium falsum nec tormentis poterit impelli qui amuis bona sint, male tamen facit, negari non potest eum peccare, qui male quod libet facit: sine fide impossibile est placere Deo, & non potest arbor mala, bonos fructus facere. t.7. n. 705

Genus humanum sit inclinatū, vt nullus postea, aut diligere Deum, aut credere in Deum,

G E & L

Deū, aut operari propter Deū, quod bonum est, possit, nisi cum gratia misericordiæ diuinæ præuenerit prædicare, & credere debemus, & hoc propter peccatum primi hominis, auctoritatibus probat. t.3.n.144.

Genus humanum tam iusto iudicio Dei in radice apostatica damnatum, vt etiam si nullus indè liberantur, sic oportuisse liberari. t.3.n.132

Genus humanum, tamquam pauperem, & pupillum commendat scriptura diuina dicens Deo, tibi derelictus est pauper, & pupillo tu eris adiutor. t.6.n.36

Gloria Dei datur nobis non nostra, nihil boni fecimus, & tamen tantum bonum accepimus: Præuenit enim nos vtique præuenit misericordia nos. t.8.n.62

Gloria Dei egere, quid est? nisi quia nemo idoneus per se, quod nascitur carnaliter, vel operibus meritorum vitam recipit perditam, nisi, per donum nostrum Iesum Christum spiritualiter renascatur. t.7.n.932.

G L & R

Gloria Dei omnes egent, quia omnes peccauerunt; quidā donum Dei habent; & nolunt in Deo gloriari, sed in se, & non pertinent ad decorem domus Dei. t.8.n.84.

Gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium, figuram enim istorum animaliū sibi Deos Pagani fecerunt, inuenisti Deum, & colis idolum, inuenisti veritatem in iniustitia detines, & quod per Dei opera inuenisti, per hominis opera perdis. t.10.n.144

G R

Gratia accepta, quod iam bene operamur, non nobis, sed illi tribuendum, qui per gratiam nos iustificauit. Nam si debitam mercedem reddere vellet, & pœnam redderet peccatoribus. t.4.n.846.

Gratia adiuuat; quæ nisi adiuuerit, nihil lex erit, nisi virtus peccati; augetur enim concupiscentia, & maiores vires accipit lege prohibēte, nisi

nisi adiuuet spiritus gratiæ. t. 7. n. 888.
Gratia auxiliante homo potest sine peccato esse. t. 7. n. 503.
Gratia baptismi accepta secundum fidem catholicam credimus oēs baptizati in Christo auxiliante, & cooperante, quæ ad salutem animæ pertinet, possunt, & debent, si fideliter laborare velint implere. t. 3. n. 144
Gratia baptismi euacuantur homines omnibus malis: postea vero cum Dei adiutorio laborare debent, vt impleatur omnibus bonis. t. 10. n. 547.
Gratia baptismi nullis præcedē tibus meritis datur, & venit, sicut nix de cælo vltro descendit. t. 9. n. 446.
Gratia bene operandi nunquā negata est ab ipso largiente, si magna opera facis misericorditer sublimaris. t. 9. n. 509.
Gratia communis est, dispar meritum gratia Dei delet, quod traxisti. t. 10. n. 94
Gratia conditoris vocantis ad pœnitentiam, & peccata donantis, nisi adiuuetur homo grauatus animus peccato redire non potest. t. 3. n. 283.
Gratia cuius ipsa sunt sacramenta, qua membra corporis Christi, cum suo capite regenerata sunt, non communis est omnibus, sicut patet de hæreticis, habentibus baptismum commune nobiscū, & de falsis fratribus. t. 8. n. 586.
Gratia cum defenditur non negatur lib. arb. sed Pelagius ita defendit lib. arb. vt neget gratiam, asserens secundum merita dari. t. 1. n. 43
Gratia cum liberat, nihil inuenit iustum in eo, quem liberat non voluntatem, non operationem, non salutem ipsam excusationem. t. 2. n. 304.
Gratia Dei data, quia gratis datur. t. 9. n. 17.
Gratia Dei adiuta anima, adiuta spiritu Dei adiuta misericordia Dei, non superba voluntate se extollens, sed humili confessione fortitudinē promerens superando maiorem gloriam comparauit.

G R

594. & t. 7. n. 301.
Gratia datur vt ad Deum quis conuertatur, &c. t. 9. n. 17.
& gratia Dei. r. 1. n. 18
Gratia Dei apprænditur ad domandum lib. arb. vt & male conuersationis depositaferitate, humilietur, & vt ad obediendum in opus Domino necessarium corrigatur, & ita per eius semper curam incipiat in Dei proficere voluntate. t. 7. n. 940
Gratia Dei conferuntur merita sanctis, & iustis, & dona Dei sunt secundum Ciprianum. t. 7. n. 861,
Gratia Dei creati sumus, vt non nihil essemus, nec ita essemus, de quo beneficio Deo gratias agimus, & ista gratia dicitur gratuita bonitate Dei donata. Alia est tamen qua prædestinati vocamur, iustificamur, glorificemur, vt dicere possimus, si Deus pro nobis, quis contra nos, hoc Pelagius negabat. t. 2. n. 278
Gratia Dei cur ad illum veniat, ad illam vero non veniat occulta esse causa potest iniusta esse non potest. t. 7. n. 450

G R

Gratia Dei cur non secundum merita datur; quoniam misericors Deus est. t. 7. n. 864
Gratia Dei defenditur sine meritis, idest vera gratia, & si paruuli baptizati daretur. &c. t. 7. n. 869
Gratia Dei donum Dei est, donum autem maximum ipse Spiritus sanctus est, ideo gratia dicitur, t. 10. n. 155
Gratia Dei est, qua nobis donantur peccata, vt reconciliemur Deo lib. 1. retrac. 24. vt tamen sciamus etiam vtrumque ad generalem Dei gratiam pertinere pax autē, qua reconciliamur Deo. t. 4. 859.
Gratia Dei est vt innotescat, quod latebat, & suaue fiat, quod non delectabat, quæ gratia hominum adiuat voluntates, qua, vt non adiuuantur in ipsis causa est, non in Deo. t. 7. n. 475
Gratia Dei, & adiutorium ad singulos actus datur contra Pelag. & non secundum merita nostra. t. 1. n. 316
Gratia Dei, & misericordia eius conuertit hominem. Psal. misericordia eius præue-

G R

niet me iustificetur impius. t.2.n.104.

Gratia Dei gratis datur per Iesum Christum Dominum nostrum, quia merita non præcesserunt, sed beneficia Dei præuenerunt te, illi ergo gloria, qui nos liberat. t.8.n.109.

Gratia Dei hæc est bonos faciens nos, hæc misericordia eius præueniens nos. t.7. 625.

Gratiæ Dei igitur obedientia se humana non subtrahat, nec ab illo bono, sine quo non potest bona esse deficiat, autem si quid sibi, impossibile, aut arduum in mandatorum effectibus experitur non in se remaneat, sed ad adiuuantem recurrat, qui ideo præceptum dat, vt excitet desiderium, & præstet auxilium. t.10.n.509.

Gratia intelligenda est, scilicet Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, qua sola homines liberantur à malo, & sine qua nullum prorsus faciunt bonum. t.7. n.904.

Gratia Dei intus reformamur,

G R

& renouamur, omnium enim hominum viuentium secundum terrenum hominē, de sua vanitate præsumentium, quodammodo auferetur spiritus prius, cum exuunt veterem hominem, & infirmantur, vt perficiantur expulsa superbia. t.3. n.456.

Gratia Dei iusta est, & gratia iusta, cum in eo, quoque etiam pœnitentiæ meritum gratia præcedat, quod neminem peccati sui pœniteret: nisi admonitione aliqua vocationis Dei. t.4.n.836

Gratia Dei iustificationi nostrę nullis præcedentibus meritis nostris, sed præueniente nos misericordia Domini Dei nostri, &c. t.8.n.123

Gratia Dei mecum non ego, 1.Cor.15. Et gratia Dei sum, quot sum hæc est prima misericordia t.7.n.830

Gratia Dei negatur, quando defenditur lib. arb. & quando asseritur Dei gratia lib. arb. videtur negari, sed attendite ista tria, scilicet posse, velle, & esse, si consentit, non solum posse, sed etiam

G R

tiam velle, & agere adiuuari diuinitus, vt sine vllo adiutorio nihil bene velimus, & agamus: eamque esse gratiã Dei per Iesum Christum Dominum nostrum in nos, sua non nostra iustitia, iustos facit, vt ea sit vera nostra iustitia, quæ nobis ab illo est, nihil de adiutorio gratiæ Dei controuersiæ relinquitur, & sic saluatur liberũ arbitriũ, & gratia. t.7. n.533.

Gratia Dei non datur aliquo merito humano, quæ sola hominem liberat per Dominum nostrum Iesum Christum. t. 2,n.105

Gratia Dei non erit vllo modo, nisi gratuita fuerit omni modo. t.2.n.271. t.7.n.541

Gratia Dei non est natura lib. arb. neque doctrina, quamuis vtilis sit eis. t.2.n.322.

Gratia Dei non secundum merita nostra datur, 889. t.7. n.870.

Gratia Dei occulta est, qua homines, qua hominum mentes quodammodo reuiuiscunt, vt possint à quibuslibet eius ministris præcepta

G R

sanitatis audire, &c. t. 8. n.666.

Gratia Dei non sydera, &c. t.7. n. 601.

Gratia Dei omnes liberari eaque non secundum merita accipientium tanquam debitam reddi, sed tanquam veram gratiam nullis meritis præcedentibus gratia dari. t.7. n.883.

Gratia Dei omnino nulla esset si secundum merita nostra datur, tam multis manifestisque non ceditur. t.7.n. 840,

Gratia Dei occulta multi homines subito conuertuntur, sicut patet de Saulo cuius cõuersio desuper facta est, manifesto miraculo apparuit, &c. t.7.n.594

Gratia Dei Paganis, atque Christianis, impijs, & pijs, fidelibus, & infidelibus cõmunis est. t.2. n.369

Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, eo adiuuante fieri dicimus, vt iusta, & beata sit à quo creata est vt sit. t.2. n.311. & t.7.n. 513. & 617.

Gratia Dei per Dominum nostrum

ſtrum Ieſum Chriſtum, qua omnino iſte nos orantes adiuuari, vt non peccemus nuſquam dicere voluit Pelag. t.7.n.514

Gratia Dei præuenit, vt ſanemur, ſubſequetur, vt glorificemur præuenit, vt præ viuamus; ſubſequitur, vt cum illo ſemper viuamus, quia ſine illo nihil poſſumus facere. 504.t.7.n.506

Gratia Dei præueniri voluntates hominum fateantur, atque vt ad nullum opus bonum, vel incipiendum, vel per faciendum ſibi quamquam ſufficere poſſe conſentiat. t.7.n.841

Gratia Dei quiſque ab iſto mũdo liberatur per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, qui dedit carnem ſuam pro mundi vita, quod non feciſſet, niſi mundum inueniſſet in morte, à qua nemo alius liberare poteſt. t.7.n.747

Gratia Dei reliquit ſemen vnde alia meſſis toto orbe conſurgeret, & ſi gratia iam non ex operibus, alioquin gratia non eſt gratia. t. 4. n. 453.

Gratia Dei ſalui facti eſtis per fidem, & hoc non ex vobis; ſed Dei donum eſt. Io. 15. t.7.n.891.

Gratia Dei ſalui facti ſumus, & hoc non ex nobis, ſed Dei donum eſt, non ex operibus noſtris. t.4. n.446. & t.8. n.558.

Gratia Dei ſemper eſt bona; & per hanc fit, vt homò ſit bonæ voluntatis, qui prius fuit voluntatis malæ, & per eam fit, vt ipſa bona voluntas, quæ iam eſſe cæpit augeatur vt tam magna fiat, vt poſſit implere diuina mandata. t.7 n. 896.

Gratia Dei, ſeu ille, qui in cælo eſt, & in terra omnia quæcunque voluit fecit, etiam in cordibus hominum, operatur, & adiuuat in bello, dando eis fiduciam, alios immiſſo timore vertit in fugam. t.7.n. 901.

Gratia Dei ſic nos in hoc corruptibili corpore adiuuat dimicantes; vt non deſit, propter quod exaudiat, veniam poſtulatus. t.7.n.665

Gratia Dei ſi non eſt, quo modo ſaluat mundum? & ſi

non

G R

non est lib. arb. quomodo iudicat mundum; non est igitur neganda gratia Dei, neque lib. arb. vt à Dei gratia separetur tanquam sine illa cogitare, vel facere secundum Deum vlla ratione possumus. t.2. n.104

Gratia Dei sola liberat à concupiscentiæ dominatu per Iesum Christum Dominum nostrum, dono Spiritu sancti; per quem diffusa charitas in cordibus nostris vincit concupiscentias carnis, nè consentiamus eis ad male faciendum, sed potius bona faciamus contra Pelagianos. t.1.n.23

Gratia Dei sum id, quod sum, ego non sum idoneus, sed gratia Dei sum, quod sum; t.10. n. 40.

Gratia Dei suos electos, sic prædestinauit, vt eorum, qui iã in eis vtuntur lib. arb. ipse etiam voluntates præpararet. t.1. n.7.

Gratia Dei voluntas adiuta, post concupiscentias tuas non eas debent impleri ex voluntate nostra. t.10. n.190.

G R

Gratia demonstratur per legem, vt lex per gratiam compleatur; &c. t.7.n.522

Gratia enim salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est, non ex operibus, nè forte, quis extollatur. Ephes. 2. & 5. t.8. n.892.

Gratia eo ipso, quod est Euangelica non debetur operibus. Alioquin gratia iam non est gratia, & hoc non vt opera extinguat, sed vt ostendat non esse opera præcedenti à gratiam, sed consequentia, ideo est non se quis arbitretur, ideo percepisse gratiã, quia bene operatus est, sed bene operari non posse, nisi per fidem perceperit gratiam. t.4 n.444.

Gratia erumpentis aquæ de petra, petra autem erat Christus non quasi ex operibus præcedentibus data est, sed miserente illo, qui iustificat impium. t.8. n. 896.

Gratia est illa, ex qua sunt omnia sanctorum merita, gratia Dei sum id, quod sum 1. Cor. 15. t.7.n.688

Gratia est ipsa donatio, prædestinatio

ſtinatio eſt gratiæ præparatio, & hæc eſt differentia inter prædeſtinationem, & gratiam, &c. t.7.n.849

Gratia eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum eſt, non ex operibus, vt nè quis glorificetur 2.Tim.1. t.7.n.935

Gratia eſt per quam natura liberatur, & regitur. t.1.n.38

Gratia eſt nobis Dei gratuita miſeratio. t.7.n.626

Gratia eſt primo, ſecundo opera noſtra bona; ei autem merces non imputatur, qui operatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. t.4.n.445

Gratia eſt vt vocatio peccatoris prorogetur, cum eius merita nulla, niſi ad damnationem præcellerint. Quod ſi vocatus vocantem ſecutus fuerit, quod eſt iam in lib.arb. merebitur, & Spiritum ſanctum, per quem bona poſſit operari in quo permanens, quod nihilominus eſt in lib.arb. merebitur etiã vitam æternam. t.4.n.853

Gratia, & miſericordia Dei ſemper me prævenerunt, de ſpiritu, & anima. t.3.n.613

Gratia ex multis delictis iuſtificat hominem, qui per illud vnum, quod communiter cum omnibus originaliter traxit ſua quoque propria commiſit. t.3.n.119

Gratia facit, vt peccatum tibi non dominetur: Noli ergo de te confidere, nè multo amplius inde tibi dominetur. t.4.n.708

Gratia fidei ſufficit ad iuſtificandũ ſine operibus. 4.864

Gratia filij Dei ſubuenit ſolã per mediatorem Dei, & hominum, & omnipotentem medicum, de cuius adiutorio ad iuſtificationem noſtram, quo Deum diligentibus omnia cooperantur in bonum. t.7.n.533.

Gratia gratis datur, non meritis operantis, ſed miſeratione donantis. t.1.n.386

Gratia homines ſanantur ab iſto concupiſcentiali motu, qui nos ab eius originali reatu ſpirituali regeneratione ſanauit. t.7.n.617

Gratia humilibus patet; ſuperbos latet, & gratia eſt qua nos diligit filius, & nos filij ſumus

sumus gratia non natura, & filius natura, non gratia vnigenitus. t.9.n.306

Gratia iam non est gratia non diuinis operibus gratis datur, sed humanis meritis redditur, quæ sola sic discernit à pœna, vt cum pœna sit ex Adam omnibus debita, gratia vero per Dominum nostrum Iesum Christum nulli debita, sed gratuita, vt verè sit gratia. t.2.n.311

Gratia id agit, quod sanata natura, quod vitiata non potest, posset per eum, qui venit quærere, & saluum facere, quod pur erat. t.1.n. 17.

Gratia ideo gratis datur, quia non quasi merces redditur, post discussionem meritorū, sed donum datur post delictorum veniam. t.10.n. 155.

Gratia hæc aliquando filijs infidelium præstatur occulta Dei prouidentia, in manus piorum quomodocunque perueniunt aliquo impedimento existente, nè possint periclitantibus subuenire. t.7.n.902.

Gratia ideo ex multis delictis in iustificationem, quia non solum illud vnum, scilicet originale soluit, sed etiam cætera, quæ in vno quoque homine motu propriè voluntatis adduntur peccata. t.7. n.578.

Gratia in æternum manet, & peccata in æternum occidunt, quia quantum distat oriens ab occidente, tantum longe facit à nobis peccata nostra, vt illa occidunt, & gratia oriatur, &c. t.8. n.804.

Gratia ipsa beneficij Dei prima est redigere nos ad confessionem infirmitatis, vt quicquid boni possumus, quicquid potentes sumus in illo simus, qui gloriatur in Domino glorietur, &c. t.8. n.231.

Gratia iustificat impiam non ex operibus, sed ex vocante, ideſt ex eo, qui vocando ad fidem. t.4.n.446

Gratia illa communi, gratiæ naturæ qua homines facti sumus, nec digni fuimus, qui non fuimus, excepta illa gratia quam facti sumus, sumus

po-

populus eius,& oues pascuæ eius per Iesum Christum Dominum nostrum. t. 10. n.204.& 205.

Gratia illa nec quidem parua erat, quâ demonstrata est, etiam potentia lib. arb. quoniam sic adiuuabatur, vt sine hoc adiutorio in bono nō maneret, sed hoc adiutoriū si vellet desereret. t.7. n. 913.

Gratia impetratur, per dilectionem, & fidem, quæ fortes facit in tribulatione temporali, nè pereant in humilitate mortali. t.8. num. 949.

Gratiā à spiritu eius accipimus vt iustitiæ viuamus, quia ipse est, qui iustificat impium. t.8.n.838.

Gratiā bene operandi fides meretur. t.2. n. 310

Gratiam dedit nobis Deus non quia digni eramus, sed quia voluit, hoc cognoscentes, non fidentes in nobis erimus, & hoc est infirmari, t.3.n.210.

Gratiā dedit ille, qui dedit legem, sed legem per seruum misit cum gratia ipse descendit,& quia lex ostendit peccata non tollit volentes suis viribus legem exequi, nec volentes cōgantur ad gratiam. t.3. n.320. & 754

Gratiam Dei, & adiutorium, quo adiuuamur ad non peccandum, aut in natura, & lib. arb. ponit Pelagius, aut in lege, & doctrina, vt scilicet cum adiuuat Deus hominem, vt declinet à malo, & faciat bonum reuelando, quid fieri debeat adiuuare credatur non etiam cooperando, & dilectionem inspirando, vt id quod faciendum cognouerit, & faciat contra veritatem fidei catholicæ. t.7. n.519

Gratiam Dei iam, quemadmodum aduersus istos, scilicet Pelagianos prædicat Cipriānus; vbi de oratione dominica disputat euidenter appa ret. t.7. n.629

Gratiā Dei, nec paruulis, nec qui maioribus secundum merita dari scimus, nec omnibus hominibus dari secundū merita, & quibus non datur iusto Dei iudicio, non datur, & ante tribunal Christi a-

G R

stabimus. t.2. n. 322

Gratiam nè sic defendamus: vt lib. arb. auferamus, aut auferre videamur, nec lib. arb. sic asseramus, vt superbæ impietate ingrati Dei gratię iudicemur. t.2. n. 476

Gratiam Dei non consequentur, qui sine illo tantum se assequi posse confidunt per lib. arb. t.2. n. 271

Gratiam Dei non euacuari, sine qua natura humana iam contenebrata, atque vitiata illuminari non potest, & sana exortando ad recte viuendum, &c. t.7. n. 518

Gratiam Dei non secundum merita nostra dari, & gratis dari, cui datur, defendimus, contra Pelagianam hæresim, quia neq. volentis, neq. currentis, sed Dei miserentis. Rom. 9. t.7. n. 852.

Gratiam Dei non secundum merita nostra dari, sed secundum ipsius misericordissimam voluntatem, qui dixit; Miserebor, cui misertus ero, Rom. 9. t.7. n. 600

Gratiam Dei nullis meritis hominum dicimus antecedi, neq; sub nomine gratiæ fatum asserimus. t.7. n. 600

G R

Gratiam Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, si quis dixerit propter hoc tantum nos adiuuare ad nō peccandum, quia ipsum nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, vt sciamus quid appetere, & quid vitare debemus, non autem præstari nobis per illam, vt etiam facere diligamus, anathema sit. t. 3. n. 141.

Gratiam Dei posse conferri, si quis dixerit inuocatione humana non autem ipsam gratiam facere, vt inuocetur à nobis contradicit Esaiæ Prophetæ, vel Apostolo. t. 3. n. 143.

Gratiam Dei qua defendimus per Iesum Christum vere esse gratiam, & non secundum merita dari. t.7. n. 850

Gratiam Dei, qua gratis salui facti sumus, nullis nostris meritis præcedentibus: nisi quibus supplicium debebatur in Psal. 70. commendari insinuauimus. t.8. n. 526

Gratiam Dei qua iustificamur per Iesum Christum Domi-

G R

num noſtrum quicunque dixerit, ad ſolam remiſſionem valere peccatorum, non etiam ad adiutorium gratiæ, vt non committatur anathema ſit. t.3.n.141

Gratiam Dei quidam ſic defendunt, vt negent lib.arb. hominis, aut quando gratia defenditur negarie xiſtimant lib.arb. 1.7.n.885

Gratiam quippe Dei commendat, & miſericordiam, ne quis de meritis ſuis glorietur, quæ Iudæorum erat ſuperbia. t.4.n.914

Gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari alienum eſt à catholica doctrina, & inimicum gratiæ Chriſti. t.7. n.889.

Gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari damnauit in Eccleſia iudicio Paleſtino eos aſſerentes, Iacob.4. & in Orientali ſynodo, ſine vlla recuſatione datum, & Aug. anathematizet illum, qui ſic tenet. t.7. n.525

Gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari Pelagius in Paleſtinorum Epiſcoporum cognitione damnauit, &c.

G R

t.7.n.708.

Gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari, quaſi non pertineat ad Dei gratiam, quod credere cæpimus Pelagius in Epiſcopali iudicio Paleſtino damnare compulſus eſt. t.7.n.441.

Gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti omnibus veniſſe non tantum docet Apoſtolus in Epiſtola ad Rom. quam propterea etiam gratiam vocari, quia non quaſi debitũ iuſtitiæ redditum, ſed gratuitum. t.4.n.835

Gratiam qua iuſtificamur, &c. t.7.n.528.

Gratiam gratis dari nos dicimus, propterea gratiam nuncupari non ſicut vos Pelagiani, qui dicitis ſecundum merita dari. t.7. n.688

Gratiam gratis daturus nullis meritis paruulis, quos elegit ante mundi conſtitutionem, & non volentibus, neque currentibus, & eis ſubuenit. t.7. n. 867.

Gratiam illam quærimus nos in eorum Pelagij, & Cæleſtij de qua dicit Apoſtolus. Non enim dedit nobis Deus Spiritum

GR

ritum, sed virtutis, & charitatis, & continentiæ, non autem de gratia, quæ est lex, & doctrina Christiana, qua naturalis possibilitas adiuuatur. t.7.n.529

Gratia merces vocatur nostra, si gratia est, gratis datur, & gratis constat. Nihil boni fecisti, & datur tibi remissio peccatorum attenduntur opera tua, & inueniuntur omnia mala, si quod debetur Deus operibus redderet vtique damnaret dispendium peccati mors. t.8. n.127

Gratia merita nostra vlla si præcedunt, profecto, aut facti alicuius, aut dicti, aut cogitationis est meritum, vbi, & intelligitur voluntas bona, sed breuissime complexus est omnium genera meritorum, qui dicit in nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit. t.7.n.877

Gratiam necessariam esse, &c. t.8. n.525.

Gratia misericordiæ cum alteri præbetur, non habet, quod de humano merito gloriatur, cum non ex operibus datur. t.2. n.311

GR

Gratiam negare, qui tam iniquus potest esse, tam barbarus, tam totius religionis, tam Christianis mentibus inimicum, qua huic te negare debere, quicquid in quotidiana gratia consequeris, cui teipsum confideris debere, quod natus es. t.2. n.275.

Gratiam Pelagius, & Cælestius negauerũt esse necessariam, qua Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, non solum per singulas horas, vel momenta, sed etiam per singulos actus nostros, contra veritatem, & hanc conantur auferre. t.7. n.519.

Gratiam Pelagius, scilicet Dei in actibus Episcopalibus damnauit, sine vlla recusatione eos, qui dicunt dari, & adiutorium, non ad singulos actus, sed in libero arbitrio esse, damnauit etiam eos, qui docent gratiam Dei secundum merita nostra dari, tamen in libris suis de lib. arb. nihil aliud sentire monstratur, quam id, quod damnasse videbatur. t.7.519

GRA

Gratiam per singulas horas, per singula momenta & per singulos actus necessariam esse vt semper in memoria retinentes, & reminiscentes dimissa nobis esse peccata non peccemus vlterius adiuti nō aliqua subministratione virtutis dicebant, & sic debet habere eos suspectos, &c. t.7.n.519

Gratiam primam acceipit peccator, vt eius peccata dimitterentur. Quid ergo meruit? interroget iustitiam inueniet pœnam, interroget misericordiam inueniet gratiam. t.9.n.17

Gratiam pro gratia, scilicet pro his meritis, quæ contulit gratia, non autem pro meritis nostris. t.7.n.918

Gratiam Pelagiani destruere moliuntur dicentes eam dari secundum merita nostra, contendunt, & hunc accipere mereantur, prius cum lib. arb. nulla adiuti gratia receperunt, quod hæresis Pelagiana est. t.7.n.586

Gratiam quam doctrina Christiana demonstrat, & prædicat esse propriam Christianorum, quæ non est natura, sed qua saluantur natura, non auribus sonante doctrina, vel aliquo adiumento: nisi occulta misericordia. t.2.n.278.

Gratia qua iustificamur infunditur, &c. t.7.n.528

Gratiam, quam habuit Christus non habuit primus homo, quam nunquam vellet esse malus, sed sanè habuit, in qua si permanere vellet, nunquam malus esset; & sine qua etiam cum lib. arb. bonus esse enim posse, sed eam tamen per lib. arb. deserere posset. t.7.n.915

Gratiam quando homo accipit facit arborem bonam: nam enim se ex malo bonum per seipsum facit. sed ex illo, & per illum, & in illo, qui semper est bonus, nec tantum, vt arbor sit bona, sed etiam, vt faciat fructus bonos, eadem gratia necessarium est, vt adiuuetur, sine qua boni aliquid facere non potest. t.7.n.525.

Gratiam qui oderunt à domo Spiritus sancti prorsus alieni sunt, qui societatem non retinet

retinet vitatis licet solemniter congregentur, licet lectiones audiant, quibus spiritus sanctus promissus est, & missus ad iudicium audiunt non ad præmium. t.10 n.730

Gratiam secundum merita nostra dari Pelagiani dicebant, sed ipse Pelagius, & non corrigendo tamen Orientales iudices timendo damnauit. t.7.n.625.

Gratiam quæ occulte tribuitur, &c. t.7.n.846

Gratiam si aliqua meritorum anteueniant, gratia iam non gratis datur: sed ex debito redditur, si autem gratis nõ datur, gratia non erit, sed quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia ideo gratis datur. t.10.n.207

Gratiam si qua nihil boni facere possumus non esse dicunt Pelagiani, nisi in lib. arb. quòd nullis præcedentibus meritis ab illo accepi nostra natura ad hoc tamen ipso adiuuante per suam legem, atque doctrinam, vt discamus, quæ facere, & quæ sperare debemus. t.8. n.121

Gratia fit, non imperio, sed beneficio, non iubente littera, sed adiuuante spiritu, vt sit spiritualis, qui legem implet spiritualem. t.2. n. 525.

Gratia nec sine lib. arb. facit hominem habere beatam vitã, nec lib. arb. sine gratia. t.7. n. 941.

Gratia nisi gratis sit, gratia non est, & bona merita hominis sunt Dei munera quibus cũ vita æterna redditur quid nisi gratia pro gratia redditur. t.3. n.134

Gratia nominatur, quia datur gratis, non autem ex meritis. t.7. n.495

Gratia non datur secundum aliqua merita, sed efficit omnia bona merita. t.7. n. 842.

Gratia non esset si daretur ex meritis, & nisi eam præueniret diuinum beneficium, quæ vtique gratis datur. t.1.n.8.

Gratia non esset si præcesserunt merita, sed est gratia ideo merita non præcesserunt, quia non inuenit, sed effecit

G R

merita ideo non elegit bonos, sed quos elegit facit bonos. t.9. n.311

Gratia non est doctrina, sed facit prodesse doctrinam, quæ si deest obest doctrina. t.2. n.321.

Gratia non est gratia, nisi gratuita; quia nihil boni antecederamus vnde talia dona meretur, sed supplicium. t.8. n.62.

Gratia non est gratia si cam merita vlla præcedant, nè iam quod datur, non secundum gratiam, sed secundum debitum reddatur potius, quã donetur. t.8.n.133

Gratia non est gratia, si cam vlla merita præcedant, nè iam quod datur non secundum gratiam, sed secundum debitum redditur. t.7.n.843

Gratia non ex meritis, alioquin gratia non est gratia, sed ex Dei dono. Rom. 11. t.7. n.526.

Gratia non ex operibus, alioquin gratia non est, nam ei, qui opera mercès non imputabitur secundum gratiam, sed secundum debitum. t.10. n.173. & t.7. n.728. &

G R

876. & t.8. n.482.

Gratia non secundum merita hominum datur, alioquin gratia non est gratia, quia ideo gratia vocatur, quia gratis datur. t.7.n.902

Gratia nos liberat conditoris subditos sibi per fidem, sed iste nunc voces sunt sub lege hominis constituti, non dum sub gratia. Non enim quod vult facit bonũ, quod nondum est sub gratia, sed quod non vult malum, hoc agit superante concupiscentia non solum vinculo mortalitatis, sed mole consuetudinis roborata t.4.n.442

Gratia potius voluntas consequitur libertatem, non autẽ voluntas humana libertatem consequitur gratiam. t.7. n.909.

Gratia præcessit meritum tuũ, non gratia ex meritis, sed meritum ex gratia. t.10. n.325.

Gratia præcessit, vt illa sanaretur, vt illa minueretur. t.10. n.674.

Gratia præuenit fidem, alioquin si fides eam præuenit procul dubio præuenit. & vo lun-

voluntas, quoniam fides sine voluntate non potest esse. t.7.n.874.

Gratia prima est, quæ fit, vt habeat homo iustitiam, si velit secunda gratia plus potest, qua etiam fit, vt velit, & tantum velit, tantoque ardore diligat, vt carnis voluptatem contraria concupiscentem, voluntate spiritus vincat. t.7.n.915.

Gratia prima ipsa, quo primus homo stare potuisset: quando dimisit eum Dominus in manu consilij sui, seu lib. arb. quam amisit peccando. t.7. n.931.

Gratia, qua condita est humana natura Christianis Paganisque communis est, hæc maior gratia, non quod per verbum carnem factum est, fideles facti sumus. t.10. n.205.

Gratiam pro gratia accepturi sumus, idest pro hac gratia in qua ex fide viuimus recepturi sumus aliam gratiam. t.9.n.17.

Gratia qua virtus in infirmitate perficitur prædestinatos, & secundum propositum vocatos ad summam perfectionem glorificationemq; perducit, qua gratia agitur non solum vt ad faciendà nouerimus, sed vt cognita faciamus. t.7 n.513

Gratia, quæ per Iesum Christū Dominum nostrum datur, neque natura, neque sola remissio peccatorum est, sed ipsa facit, vt lex impleatur, vt natura liberetur. t.7. n.894.

Gratiam qui oppugnat lib. suū arb. vult esse captiuum. t.2. n.320.

Gratia quippe adiuuat, vt legis quisque sit factor, sine qua gratia sub lege positus tantummodo erit legis auditor, & qui in lege iustificamini à gratia excidistis. t.7. n.894.

Gratia redemptoris necessaria fuit, vt homo surgere posset à peccatis, quæ sanaret humilitate, quod corruptum fuerat elatione superbiæ. t.10.n.714

Gratia Saluatoris sola liberat ab omnibus miserijs huius seculi cuius nomen est, ipse Christus qui interpretatur

Sal-

Saluator maximè nè post hanc miserior ac sempiterna suscipiat non vita, sed mors. t.5.n.480.

Gratia salui facti estis, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est, non ex operibus, nè fortè, quis extollatur. Ephes. 2. & c.7,601. & 846. & 891. & 894. & 456. & 2.346.

Gratia salui facti estis per fidē, & hoc non ex voqis, sed Dei donum est, nō ex operibus, quasi vos benè feceritis, vt ad hoc accedere digni essentis non ex operibus, nè fortè quis extollatur, sed quodammodo sors occulta est p quæ voluntas Dei est. t.8.n. 118. & 551. & t.10.n. 207.

Gratia salui estis, per fidem, vbi audis gratiam, gratis intellige, si ergo gratis, nihil tu attulisti, quia si meritis aliquid redditus est merces non est gratia. Rom. 10. t.8.n.1149.

Gratia salui facti estis per fidē, & hoc non ex vobis, sed donum Dei est, non ex operibus, ne fortè quis extollat

se: ipsius enim sumus figmentum creatum in Christo Iesu in operibus bonis. t.3. n.451.

Gratia Saluatoris, non legis, sed fide, quæ impetrat, non dictata qua iubetur, sed spiritu, quo sanatur, non meritis operantis hominis, sed gratia Christi. t.2.n.526

Gratia salui facti sumus, non ex nobis, sed Dei donum est, sunt enim homines ingrati gratiæ multum tribuentes inopi, sauciatæ naturæ. t.10. n.172.

Gratia, seu donum est, quicquid homo in presenti vita fuerit consecutus non meritum. t.7.n.944

Gratia, seu indulgentia Dei, & misericordia, iustus est homo, nemo autem suis viribus fortis est. t.7.n.629

Gratia seu occulta vocatione, & inspiratione etiam ipse quæsitus est, & resuscitatus, non nisi ab illo, qui vnusquisque omnia, surgam, & ibo ad patrem meum. Luc.15. t.8.in.396.

Gratia si salui facti sumus iam non ex operibus. t.2.n.

G R

Gratia si præuenit fidem, quoniam præuenit voluntatem profecto præuenit omnem obedientiam, & etiam charitatem. t.7.n.874

Gratia si sine ea per nos incipit cupiditas boni ipsum ceptum erit meritum, cui tanquam ex debito, gratiæ veniat adiutorium, ac sic non gratis donatur, meritum nostrum dabitur, quod est falsum, Io. 15. Sine me nihil potestis facere, & qui in vobis opus bonum cæpit perficiat, vsque in diem Christi Iesu. Phil. 1. t. 7. n. 604.

Gratias autem Deo, qui dat nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum, & victoria, qua peccatum vincitur, nihil est aliud, quam donum Dei adiuuantis lib. arb. t.7. n.888

Gratia sit naturę attributa, qua sumus animantia rationabilia, discernimurque à pecoribus, sit etiam gratia naturæ attributa, qua in ipsis hominibus à deformibus pulchri, vel ingenioſi discernuntur à tardis. t.7.n.845

G R

Gratia sola Dei homo liberatur à peccato, & à seruitute cui dominatur, cum morte peccatum, quæ in fide Christi posita est. t.3.n.34

Gratia sola sanari potest à desideriorum morbo noxios ideo medicus clamat, venite ad me omnes, qui laboratis. t.2.n.102.

Gratia sua Deus aufert cor lapideum, & præuenit in hominibus bonarum meritaq; voluntatum. ita vt voluntas per antecedentem gratiam præparetur non vt gratia merito voluntatis antecedente donetur, &c. t.2.n.335

Gratia subministratur, vt castè timeamus Deum, & custodiamus mandata eius. t. 8. n. 940.

Gratia subsequens bonum propositum hominis, sed nec ipsum bonum propositum esse, nisi præcederet gratia, & studium hominis bonum non incipit esse sine gratia. t.7.606.

Gratia tua in quibus occulta non operatur, qua trahuntur, vt credant non impijs commouentur ad fidem,

GR

nec meliores exuscitabunt vt confiteantur tibi, quia nemo venit ad Christus, nisi traxerit eum, &c. t. 8. n. 667.

Gratia, vel secundum gratiam incipit homo interiori homine renouare, vt mente agat: quod amat, nec carni consentiat agenti, quod odit, id est, vt non omnino, non concupiscat, sed vt post, concupiscentias suas non eat. t. 2. n. 525.

Gratia vocatur, quia non præcedentibus meritis homo ea emit, quam accepit. t. 9. n. 16.

Gratiam (vt aiunt Pelag.) non datur secundum merita bonorum operum, quia per ipsam bene operamur, tamen secundum merita bonæ voluntatis datur, contra illud, 1. Tim. 1. Misericordiam consecutus sum, vt fidelis essem. t. 7. n. 894.

Gratia vtique, vt per illam fiat bona opera, nè si præcesserint bona opera, tanquam operibus reddantur gratia iam non est gratia. t. 7. n. 603.

GR

Gratia, vt sit gratia, non secundum merita nostra dantur: t. 2. n. 323.

Gratia, vt vera sit gratia, id est gratuita nihil inuenit in homine, cui merito debeatur, & gratia, non solum adiuuat iustum, verumetiam iustificat impium, & adiuuat iustum, & videtur eius meritis reddi, nec sic desinit esse gratia, quoniam id adiuuat: quid ipsa est largita. t. 4. n. 122.

Gratia Christi, sine qua, nec infans ac ætate grandes salui fieri possunt, non meritis redditur, sed gratis datur. t. 7. n. 495.

Gratia Christus animas paruulorum, qui regenerantur in Christo nullis eorum præcedentibus meritis gratuita liberat. t. 7. n. 782

Gratiæ diuitias Deus posuit in hoc diuinæ voluntatis suæ misterio, secundum bonam voluntatem suam, non secundum nostram, quæ bona esse non potest, nisi ipsi secundum bonam voluntatem suam, vt bona fieret subueniret. t. 7. n. 857.

Gra-

GRAH

Gratiæ dona duo sunt, vnum aufert carnis cupiditatem, aliud, quod facit virtutem animæ perseuerare. t. 3. n. 748.

Gratiæ donum non ex operibus nostris, sed ex vocante dictum est. t. 7. n. 942

Gratiæ donum vobis donatum est, pro Christo, non tantum, vt credatis in eum, sed vt etiam putamini pro eo, ait Apostolus Phil. 1. & sic vtrumque dixit esse donarum, &c. t. 7. n. 586

Gratia viuificat per fidem, non autem lex lib. exp. in epistola actum. t. 4. n. 846

Gratiæ electio hæc est, qua omnia bona merita præueniuntur humana: si enim illis bonis meritis datur, iam non gratis datur, sed debita redditur, ac per hoc non verè nomine gratia nuncupatur; quod est falsum. t. 4. n. 721.

Gratiæ iudicium Christi humanitas est. t. 3. n. 116

Gratiæ magna commendatio: Nemo venit ad me, nisi tractus quem trahat, noli velle iudicare, si non vis errare, GR

semel accipe, & intellige, non trahis hora, vt traharis, t. 9. n. 152.

Gratiæ opus est tollere peccatum, & accipere doctrinam ac ad amicitiam Dei reducere. t. 2. n. 321

Gratiæ oratio dominica, si alia documenta non essent, nobis ad causam gratiæ, quia defendimus sola sufficeret, quia nihil nobis reliquit in quo tanquam in nostro gloriemur. t. 7. n. 864

Gratis intellige, &c. t. 8. n. 1149.

Gratiæ percipiendæ nulla merita præcedunt, quoniam meritis imperij non gratia, sed pœna debetur, nec ista esset gratia, si non gratuita contra Pelagium, & Cœlestium. t. 3. n. 299

Gratiæ, qua iustificatur impius quisquis ingratus, velut ad legem implendam, de suis viribus fidit, ignorans Dei iustitiam, & suam volens constituere iustitiæ Dei non est subiectus, ac per hoc fit ei lex non absolutionis ad autorium, sed vinculum criminis. t. 2. n. 433

GR & HA

Gratiæ Christi, qui putant se esse Christianos, aduersantur, vt se humanis viribus diuina existiment implere mãdata. t.2.526

Gratis bonũ datur immerito, quia ex eadem massa est, cui datur, malum vero merito, & debitum redditur, quia in massa perditionis malum malo non male creditur, & ei cui creditur malum est, quia supplicium est, ei vero à quo redditur bonum est, quia recte factum est eius. t.7.n.602.

Gratuita gratia sua auersos conuertit ad se, & vt Deo placeant operibus bonis operatur in eis velle, & posse: quorum cursum in hac vita propter futuram vitam, misericordia præueniendo, & subsequendo perficit. t.7.n.933.

H A

HAbet vnusquisque nostrũ in bonis operibus, & recta vita tanquam distinctos sex dies. Primo die lucem fidei. Secundo, tanquam firmamentum disciplinę. Tertio, quo mentem suam adferendos bonorum operum fructus. Quarto, quo iam in illo firmamento disciplinæ spirituales intelligentias operatur. Quinto, die in actionibus turbulentissimo sæculi tanquam in aquis maris operari. Sexto producit de terra animam viuã, idest, de ipsa stabilitate mẽtis suę, vbi spirituales habet fructus, idest bonas cogitationes. t.1.n.573.

H AE

Hęresis Pelagianorum, & Cœlestianorum, qui nihil tribuunt adiutorio gratiæ Dei, sed ad hoc dari hominibus, vt quæ faceret per lib. arb. facilius possint implere per gratiam. t.6.n.21

H O

Hominem fidere, de adiutorio Dei, non quidem posset sine adiutorio Dei. t.5.n.265.

Hominem in Adam perijsse cõsentiunt omnes, nec inde quemquam posse proprio lib.arb. suo liberari. t.7.n.837.

Homi-

HO

Hominem nihil sine gratia Dei prævalere posse dicimus, &c. t.3. num.143. & t.10. num. 624.

Hominem nullum hic viuentē quamuis vtatur lib.arb. inue niri sine peccato, si testimonia scripturarum accipiamus non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, &c. t.3. n.572.

Hominem posse, quem nec ignorantia litterarum, nec aliqua prohibet imbecillitas verba sancti Euangelij, & legis legere siue audire ex ore prædicatoris: sed diuinis mādatis obedire neminem posse, nisi quem Deus gratia sua præuenerit, firmissimæ tenet. t.3.n.165

Hominem posse viuere, sine peccato, si negauerimus, & hominis, libero arbitrio, qui hoc volendo, appetit, & Dei virtuti, vel misericordiæ, qui hoc adiuuando efficit derogabimus. t.1.n.468

Hominem rectum fecit Deus, arbitrio autem nostro facti sumus mali, potuimus esse ex bonis mali, & poterimus esse ex malis boni, sed qui

HO

semper est bonus ipse facit ex malo bonum. t.10. n.9.

Hominem sine adiutorio Dei, non posse esse, sine peccato, &c. t.7.n.511

Hominem sic oportebat fieri prius, vt benè velle posset, & malè postea vero sic erit, vt male velle non possit, nec ideo libero carebit arbitrio. t.3.n.134.

Hominem viuere sine adiutorio Dei etiam in paradiso non erat in potestate sua. Erat autem in potestate sua male viuere, sed beatitudine non permansura, & pœna iustissima secutura. t.5. n.266.

Homines ad Dei gratiam pertinentes, ciues sanctorum Angelorum in beata vita manentiū corporibus spiritualibus induentur, vt non amplius peccare possint, neque mori. t.5.n.245

Homines ad regnum cælorum diuersis temporibus per sacramenta, quæ ad fidem incarnationis, quæ Christus instituit peruenerunt, quos Deus gratis nullo bonè volun-

HOO

luntatis, vel boni operis merito, præcedente saluauit. t.3. n. 159

Homines aliqui etiam si fuissēt, vel esse posset sine peccato consentiam, nullo modo tamen potuisse, vel posse esse confirmo, nisi iustificati gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum crucifixum. Ea propter quippe fides sanauit iustos antiquos, quæ sanat, & nos. t.7.n. 508.

Homines à potestate dęmonū, non liberat, nisi gratia. t.8. n. 599.

Homines cum sibi non attendunt, & suæ, ideſt humanæ voluntati tantum tribuunt in illud se incurrere, quod scriptum est. Maledictus homò, qui spem ponit in homine. Hier. 17. t.4.n.120. & 121.

Homines cur induret alios misertus aliorum, aut quomodo omnes saluos fieri velit, quum ipse nonnullos nè saluentur induret, quantum ad humanam iustitiam videtur injusta:m, sed iustitiæ Dei nō aduersatur de qua lege hu-

HOO

mana non est disputandum. t.7.n 824.

Homines esse opus Dei dicimus, in quantum homines sunt, sed sub Diabolo esse in quam peccatores sunt, nisi eruantur per Christum, & gratiam eius. t.2. n. 594

Homines, & nos omnes sumus inuisibiles secundum animā, & visibiles secundum corpus, & immortales secundum animam, mortales secundum corpus. t. 6. n. 399.

Homines, & omnes nos inualidi sumus ad bonum, nec sine Dei gratia bonum facere, vel in aliquo bono perseuerare possumus. t.3.n.634

Homines, & si faciunt, quę pertinent ad colendum Deum ipse facit, vt illi faciant, quæ præcepit, non illi faciunt, vt ipse faciat, quod promittit. t.7.n.849.

Homines, & si propter arb. proprium, sine quo non operamur bonum, non tamen sicut iste dixit, scilicet Pelagius, non nisi ex te, propriū quippe arb. nisi Dei gratia iuuetur, nec ipsa bona vo-

luntas esse in homine potest: Deus enim operatur in nobis velle, & operari. t.2.n. 431.

Homines fructus, sine illo, scilicet Christo afferre nō possumus, sicut palmites facere sine vitæ nihil possunt: charitas enim est fructus noster, &c. t.9. n.311

Homines laborant inuenire in nostra voluntate, quid boni sit nostrum, quod nobis non sit ex Deo, & quomodo inueniri possit ignoro. t.7. n.476.

Homines nos in nobis victi sumus, in illo tamen vincimus, ergo coronat te quia dona sua coronat te, non merita tua, nō ego laboraui, inquit Apostolus, sed gratia Dei mecum. 1. Cor. 15. t.8. n.797

Homines non nisi peccatis separantur à Deo, quorum in hac vita non fit nostra virtute sed diuina gratia, & miseratione purgatio, per indulgentiam illius, non per nostram potestatem, & nostra potestas illius est nobis bonitas concessa. t.5. n.189

Homines non viuunt bene, nisi effecti filij Dei, quæ potestas non datur: nisi gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. t.7. n.585

Homines nos omnes cogitemus bona iugiter auxiliante Domino, vt os nostrum, non crudelis aduersarius, sed Deus pius aperiat, & claudatur Diabolo. t.10.n.550

Hominis nos si velimus, non solum martyres, sed etiam ipsum Dominum, cum ipsius adiutorio possumus imitari. t.10.n.904.

Homines nullis existētibus meritis à Deo vocari, & vocatos, vt boni aliquid operentur, Dei adminiculis indigere sumpto de veteribus litteris Apostolicis monstrat, & exemplo electionis eius, &c. t.7.n.828.& 829

Homines omnes in præuaricatione Adæ innocentiam perdidisse, firmissimè credendū est, ac neminem consurgere posse per lib. arb. nisi eum gratia Dei miserantis erexerit. t.3.n.140

Homines omnes qui ex Adam cum peccato peccatores, omnes qui per Christum iustifica

sed ipsum glorificent, qui eis misericordiam non debitam præstitit, & si quid aliter sapiunt, & hoc, quoque illis ipse reuelauit. t.2.n.302

Homines si per suam iustitiam non per gratiam eius eligerentur, non de mundo electi essent, quoniam de mundo, iam non essent, si iam iusti essent, &c. t.4.n.722

Homines si propterea moriuntur, quia Adam mortuus est, ille autem mortuus est, quia peccauit poenas dicunt transire, sine culpa, & innocentes paruulos iniusto iudicio puniri, sine meritis mortis trahendo mortem contra fidem catholicam, & veritatem dicunt. t.7.n.621

Homines si veram iustitiam nō habent, impij profectò sunt. nec alias virtutes comites eius, & socios, quia cum non ad suum referūt auctorem, dona Dei, hoc ipso malè his vtentes efficiuntur iniusti, si quas habent, veras non habent, ac per hoc, nec continentia, siue pudicitia vera virtus est impiorum. t.7. n.700.

Homines spem suam ponit in Christo, & in eius promissionibus, veram, firmam, & certā esse confidunt, nullo tamen modo nisi adiuuante gratia Saluatoris nostri Iesu Christi Crucifixi, & dono spiritus eius. t.7. n.514

Homines suam voluntatem faciunt, non Dei: quando id agunt, quod seruiant voluntati, quamuis volentes agūt: illius tamen voluntas est, à quo præperatur, & iubetur, quod volunt. t.3. n.336 & 755.

Homines sibi attribuere non debent, qui venerunt: quia vocati venerunt nec illi, qui noluerunt venire, debent alteri attribuere, sed tantum sibi; quoniam, vt venirent, vocati erāt in libera voluntate? vocatio ergo ante meritum, voluntatem, operatur propterea, & si quisquam sibi tribuit, quod veniat vocatus, non sibi potest tribuere, quod vocatus est. t. 4. n. 414.

Homini ante fidem non debentur, nisi mala pro malis retribuit Deus per indebitam

HOOH

gratiam bona pro malis. t.8. n.920.

Homini qui operatur, ideſt, qui de operibus præſumit, & eorum meritò ſibi dicit datam eſſe gratiam fidei merces nō imputatur ſecundùm gratiā, ſed ſecundum debitum. t.8. n.127.

Hominis tempus letitiæ, & quietis felicitatis, non venit de meritis noſtris, ſed de gratia Saluatoris. Aliud meremur, aliud ſperamus, meremur mala, ſperamus bona, hoc facit miſericordia eius, qui creauit nos, &c. t.10. n.668.

Hominis arb. in primo homine potuit, quod valeret ad mortem, in ſecundo homine, cū Dei adiutorium valeret ad vitam. t.3. n.255. & 752

Hominis eſt præparare cor, & tamen vt hoc faciat homo, adiuuat Deus, quia præparatur voluntas à Domino. t.7. n.605.

Hominis inimici ſunt ſuperbia, inuidia, inanis gloria quæ infelicē hominem continuè infeſtant, & niſi miſericordia Dei eum teneat, ſepius, vſq. ad mortem vulnerat. t.9. n.575.

Hominis interioris crucifixio, pœnitētiæ dolores intelligūtur, & continentiæ, quidam ſalubris cruciatus per quam mortem mors impietatis perimitur in qua nos non derelinquit Deus ex qua euacuatur peccatum. t.3. n.212

Hominis Deus in voluntate, & bono operè eſt, dicit Pelagius, & velut correxerit ſe ſubiunxit, immo, & hominis, & Dei, ſed neque cum ſana doctrina dixit quia ſubiunxit. Qui ipſius voluntatis, & operis poſſibilitatem dedit. t.7. n.520.

Hominis mala cogitatio non poteſt in perpetuum mutari, quia per ſeipſam non poteſt, ſed gratiâ diuina ſi ſubueniat, quæ non ſubuenientes, qui ſunt homines; niſi muta animalia, procreata naturaliter in captiuitatem. t.7. n.568.

Hominis mandatis eius rectis, atque arduis humana contemperatur infirmitas, niſi præueniens eius adiuuet charitas, quos non adiuuat, hoc merito perhibetur repellere. t.8.

t.8.n.917.

Hominis opera sunt, quæ non dicuntur Dei, quoniam homo, qui hoc agit, & secundum seipsum viuit, non secũdum Deum. in quantum homo agit, alia sunt opera hominis, quæ dicenda sunt opera Dei, Deus est, qui operatur in nobis velle. t. 4. n. 715.

Hominis prima curatio est languoris, causam remouere, per quod fit indulgentia peccatorum, secunda ipsum languorem sanare paulatim proficiendo, Psal. 102. t. 3. n. 313.

Hominis quatuor gradus intelligamus, scilicet ante legem sub lege, sub gratia, & in pace. Ante legem sequitur conscientiam carnis, sub lege trahimur ab ea, sub gratia, nec sequimur eam, nec trahimur ab in pace nulla est concupiscentia carnis. t.4.n.845.

Hominis superbia conuincitur per peccatum præuaricationis, qui de sua iustitia gloriatur. t.7.n.609

Homo à beatitudine in miseriam vertitur, & indiget auxilio Dei, quo erui purgarique posset. t.1.n.89

Homo ad eum statum à quo lapsus est, non nisi auctoris sui gratia reformatus, post liminij quodammodo iure potuit remeare. t.6.n.543

Homo adiuuante gratia potest esse sine peccato, sed etiam per facile posse voluntatem, voluntate mutare. t.7. n. 967.

Homo ad malum sufficit sibi, ad bonum autem non sufficit sibi, nisi adiuuetur à Deo t.9. n. 642.

Homo ad peccandum abundat propria facultate, ad agendum autem bonum non sufficit, nisi ab illo iustificetur, qui solus iustus est. t. 3. n. 141 & 747.

Homo antequam gratia iustificetur, vt iustus efficiatur, quid est, nisi impius? quem si debitum sequeretur, quid est eius meritũ, nisi supplicium redderetur. nam gratia non ex operibus est, aliter non esset gratia. t.2.n. 310.

Homo à se non potest facere

quicquam, nisi datū illi fuerit desuper, nō hoc agit Deus summè bonus, malitia, sed iustitia, nec personarum acceptione, sed causarum secretarum discretione. t.7. n.963.

Homo cum viuit secundum seipsum, ideſt secundum hominem, non secundum Deū, profecto secundum mendacium viuit, non quia mendacium est, sed quia homo ita factus est rectus vt non secundum seipsum: sed secūdū eum, à quo factus est, viueret, ideſt illius faceret voluntatem, non suam. t. 5. n. 248.

Homo cum viderit quod quicquid boni habet, non à se habere, sed à Deo suo videt, quia totum, quod in illo laudatur, de misericordia Dei est, non de meritis ipsius, & videndo ista non superbit, nec excellitur, nec cadet. t.8.n.640.

Homo ducens vitam sine homicidio, sine furto, sine falso testimonio, sine appetitu rei alienè, parentibus honorem debitum reddens, castus, vsque ad continentiam ab omni concubitu, elemosinarum largissimus iniuriarum patientissimus, &c. si fidem catholicam nō, teneat de hac vita, damnandus obscedat, & è contra de fideli. t.7. n. 612.

Homo ego perierat ad mortalem, desendit immortalis, susscipit possessionem, susscipit mortem, & viuit, & sic me restaurauit, sic gratia eius, & misericordia eius semper præuenit. t. 9. n. 571.

Homo est cinis, quia sicut cinis, nec profert germen ex se, nec susceptū semen germinat, sic homo, nec bonum facere, nec in aliquo bono perseuerare, sine gratia Dei potest. t.3. n.634

Homo, & anima, & corpore mortuus est, anima propter peccatum, corpore propter pœnam peccati, & per hoc & corpore propter pœnam peccati, &c. t.3. n.211

Homo factus, aliquid agere benè, tanquam ex seipso non potest, neque aliquid est, sed tota eius actio bona est, con-

conuersi ad eum à quo factus est, & ab eo iustus, pius, sapiens, & beatus semper fieri. t.3.n.437

Homo facit arborem bonam, quam Dei accipit gratiam. t.7.n.522.

Homo factus erat immortalis, Deus esse voluit, non perdidit quod homo erat, sed perdidit, quod immortalis erat, & de inobedientiæ superbiæ contracta est pœna naturæ. t.3.n.260. & 752

Homo in lib.arb. habet, vt credat liberè, & accipiat gratiã, iam illo, qui eam donat liberante, & adiuuante non peccat, atque ita desinat esse sub lege, sed cum lege, vel in lege implens eam charitate Dei, quod timore non poterat. t.4.n. 847. t. 4. n. 848.

Homo, in quantum homo est, aliquod bonum est, quia rectè viuere dum vult, potest hoc fecit retract.lib.1 retrac. cap. 9. potest homo rectè viuere cum vult, sed suppositа gratia, & hoc semper intelligitur, scilicet suppositа gratia cum de voluntate agitur

posse, &c. t.1.n.446

Homo in quantum homo est, creatura, & bonum, non autem in quantum peccator, quia peccatum hominis est inordinatio, atq; peruersitas. t.4. n.451.

Homo intelligit, sapit, discernit bonum à malo, & in hoc factus est ad immaginem, & similitudinem Dei, & ratiocinatur. t.8.n.99

Homo interior dum renouatur de die in diem non tamen sine gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrũ. t.7.n.516.

Homo, iudicij, & iuris sui, ac lib.arb. preditus voluntate, qui voluntarius ruerat, iniustum erat, vt erigeretur inuitus; æquius, & salubrius fuit, vt qui per superbiam à Diabolo persuasus fuerat ad mortem, à Deo per humilitatem solidaretur ad vitã. t.10.n.675.

Homo iustitiam non operatur, nisi iustificatus credens in eum, qui iustificat impium à fide incipit, vt bona opera non præcedentia, quod meruit, sed consequentia, quod

acce-

accepit ostendit : t. 8. n. 887.

Homo lapsus ex se non potest resurgere. t. 1. n. 464

Homo lapsus per se non potest erigi, nisi auxilio Dei adiutus, nec ita potest ad iustitiæ culmen ascendere sicut potuit, ita descendere. t. 7. n. 508.

Homo malus quamdiu quisq; est, non potest facere fructus bonos: si enim bonos fructus fecerit, iam malus non est, sicut verissimè non potest dici nix calida: cum enim calida est, & esse cœperit non iam niuem, sed aquam vocamus. t. 4. n. 830

Homo malus qui fuit potest fieri, vt malus non sit, non tamen fieri potest, vt malus bene faciat, qui etiam si aliquando vtilis sit, non hoc ipse facit, sed fit de illo diuina prouidentia procurante. &c. t. 4. n. 830.

Homo, nec incipit omnino ex malo in bonum, per initium fidei commutari, nisi hoc in illo agat indebita gratuita misericordia. t. 7. n. 606

Homo nihil posse sine Deo, &c. t. 3. n. 437.

Homo nisi haberet propriam voluntatem, qua diuinis præcep. obedire non præciperentur, & tamen donum Dei est, sine quo seruari castitatis præcepta non possunt. t. 7. n. 888.

Homo non habet sapientiam intellectum, consilium, fortitudinem, scientiã pietatem, timorem Dei, nisi secundum propheticum spiritum accepisset spiritum sapientiæ, & intellectus, consilii, & fortitudinis, scientiæ, & pietatis, ac timoris Dei, nisi accepto spiritu, ita non haberet fidẽ nisi à Deo data esset. t. 2. n. 301.

Homo non iustificatur à peccato originali, neque à peccato actuali, nisi gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum. t. 2. n. 304

Homo non iustificatur ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Iesu Christo credimus, vt iustificemur per fidem Christi, & non ex operibus legis, quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.

HO
t.2.525.
Homo non iustificatur ex operibus legis, nisi per fidem Christi Iesu, vt impleat opera legis adiuuantem infirmitatem suam, non merito suo, sed gratia Dei. t.4.n.863
Homo non iustificatur ex operibus legis, qui autem non viuit secundum hominem, sed secundum Deum, profecto non viuit etiam secundum seipsum, qui homo est, & ipse, sed secundum Deum. t.4.n.707.
Homo non liberatur ab ira originalis peccati, nisi per fidē mediatoris Dei, & hominū Iesu Christi. t.3.n.164
Homo non potest accipere quicquam, nisi datum fuerit illi de Ecclesia; & ipsa Ecclesia de cælo accipit, hoc non potest dicere Parmenianus, sed quod pertinet ad baptismi sanctitatem, adest Deus, qui dat, & homo qui accipiat siue per seipsum, siue per Angelum, siue per hominem. t.7.n.36
Homo non potest à se facere quicquam, nisi datum fuerit illi desuper. Io. 19. t.7. n.939.
Homo non præsumas de viribus suis, firmitas petre tibi excutit vetustatem, petra autem erat Christus. t.8. n.798.
Homo nullus præsumat de sua fortitudine, nemo præsumat de sua sapientia, immo semper timidi, semper reatus nostri conscij, semper de nostra salute simus soliciti, nunquā nostræ corruptionis, & mortalitatis obliti. t.9.n.690
Homo perierat per liberam voluntatem, venit Deus homo per gratiam liberatricem, & eum liberauit. t.10.n.195
Homo post peccatum exul effectus est, stirpem quoque suam quam peccando in se, tanquam in radice vitiauerat, pœna mortis, & damnationis obstrixit, & prolis simul damnata fuit. t.3. n.113.
Homo potest absque peccato viuere ope diuino. t.7.n. 468.
Homo potest esse sine peccato in hac vita per Dei gratiam, & libero arbitrio eius. t.7. n.468.

Homo

porum solatijs terrenis, salute corporis affectu amicorũ, salute domus suæ, & diuinitus Dei munere. t. 8. n. 181.

Homo qui nondum constitutus est sub gratia, sed sub lege, trahitur ad male operandum, concupiscentia dominante, atque fallente dulcedine peccati prohibiti, hoc est ex pœna peccati originalis. t. 4. n. 441

Homo qui nõdum est sub gratia, sed sub lege ita carnaliter est, vt nondum sit renatus à peccato, sed venundatus sub lege à peccato. t. 4. n. 441.

Homo quis dignatus est, ex quo per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranssit, in quo omnes peccauerunt, sed indebita Dei misericordia sanantur nostra debita miseri. t. 8. n. 917.

Homo, qui spiritum suum sequitur superbus est, subdat spiritum suum, vt capiat spiritum Dei. t. 8. n. 1124.

Homo, quod attinet ad naturam deprauatum recursum, per semetipsum non habet, sed per Dei gratiam qua adiuuatur instauratur. t. 3. n. 451.

Homo quo primum vitio superatur hoc vltimum vincit, cum enim omnia peccata superauerit manet periculũ, hè sibi mens nihil conscientia in se potius, quam in Domino glorietur. t. 3. n. 129. & 748.

Homo se de excelso in præceps voluntate demersit in sua, quidem habuit potestate, quod fecit, sed iam suo arbitrio certum est, non subiecere, quod surgat, surgit itaque beneficio alieno, qui cecidit proprio. t. 6. n. 543

Homo sic erat institutus, vt si de adiutorio Dei confideret, bonus homo malum Angelum vinceret. t. 5. n. 265

Homo secundum carnem viuit, qui secundum seipsum viuit, quia ipse homo est, & viuit, & secundum seipsum, id est pergit, quo vult, dormit, quãdo vult, & quandiu vult, loquitur, quæ vult, & cui vult

HOO

manducat, & bibit, quando vult, & quantum vult. t.4. n.754.

Homo si necessitate peccat, quia Deus præsciuit, ergò homo voluntatem non habet in sua potestate, quod est absurdum per dicta. t.1. n.468.

Homo sine adiutorio Dei non valet cogitare esse aliquid magisque esse, & ideo beati mundo corde. t.2. n.346

Homo sine gratia, & sine adiutorio, & misericordia, non potest bene viuere. t.7. n. 501.

Homo sine gratia fidei, quæ ab illo est nemo potest vincere concupiscentias vitiosas, & si quas earum residuas non vicerit veniali remissione purgari. t.2.n.8

Homo sine peccato potest esse in hac vita per Dei gratiam, & lib.arb. eius, ipsum quoq; lib.arb. ad Dei gratiam, id est ad Dei dona pertinere, non ambigens, quæ gratia ad faciendā mandata est, vt conuertatur adiuuat. t.3.n.595

Homo si per lib. arb. & naturā poterat saluari, seu adimplere præcepta, iam erat præceptum, ergo Christus gratis mortuus est. t.2. n.278

Homo si quid habet iustitiæ, non de suo sibi esse præsumere debet, sed de gratia iustificantis Dei, & adhuc tamen ab illo esurire, & sitire iustitiam, qui est panis viuus, & apud quem est fons vitæ. t.3.n.597

Homo si se iustificauerit, & de iustitia sua præsumpserit, cadit si considerans, & cogitans infirmitatem suam, & præsumpserit de misericordia Dei, neglexerit vitam suā mundare à peccatis suis, & se omni gurgite flagitiorum demerserit, & cadet. Præsumptio de iustitia, quasi dextera est: cogitatio impunitatis peccatorum quasi sinistra, est. t.8.n. 124

Homo si vis Diabolum vincere, noli de te præsumere, sed illi, scilicet Christo assigna victoriæ gloriam, qui tibi donat, vt victoriæ proferas palmā, vis vincere, caput prius contere inimici, excludendo de corde suo, suggestiones Diaboli. t.9.n.673

Homo si voluntate humana gratia adiuuante diuina sine peccato, in hac vita possit esse, cur non sit hoc est, quia homines nolunt. t. 7. n. 475.

Homo sola voluntate sua si præsumat mundari, non potest immo, nec ex corde pœnitere compellitur, quia Petrum, nisi Dominus respexisset nunquam pœnitentia motus, amare fleuisset. t. 7. n. 979.

Homo studio cognitionis, nè propter humanæ mentis infirmitatem in pestem alicuius erroris incurrat, opus habet magisterio diuino, cui certius obtemperet adiutorioque, vt liber obtemperet. t. 5. n. 392.

Homo sub gratia, & cum bene pugnat adiutus exultat in Domino, cum tremore in hoc magno prælio, non desunt tamen strenuis bellatoribus, & operum carnis, quæ uis inuictis aliqua vulnera peccatorum. t. 4. n. 708

Homo suæ potestatis creatus, auctor, vt ipse sibi auctor esset ad vitam, siue ad mortē, si vero necessitati esset subiectus, tunc nec boni operis haberet gloriam, nec mali pœnam, sed esset quasi vnus ex pecoribus. t. 3. n. 739

Homo tu, ex te, & ex viribus tuis nihil potes, adiuuat te Deus, qui tibi sermonem misit, & vincitur iniquitas; si tu illam odisti, & Deus dimisit, & eris liber. & è contra. t. 8. n. 178.

Homo vbi corde exaltatur contra Deum, ibi ab illo deseritur, & in se tenebratur, & sic nescit, quid sequatur, quoniam non à seipso lumen est, sed ab illo illuminatus. t. 6. n. 412.

Homo vbi volueris eris, sed quocunque ieris, Deum tuū habebis, sed à Deo non recedes, &c. t. 10. n. 664

Homo velle non potest, nisi aut extrinsecus, per sensum corporis admoneatur, aut occultis modis in mentem veniat, & sic culpa est hominis eligentis deteriora. t. 1. n. 488.

Hominum Deus neminem liberat, nisi gratuita misericordia, per Dominum nostrum

HO OH

Iesum Christum, & nemiſſe damnat, niſi æquiſſima veritate, per eundem Dominum noſtrum Iesum Christum. t.1.n.303

Hominum dignitates, quod alij vicerunt, alij victi ſunt, aliud non eſt, niſi illud gloriæ humanæ inaniſſimum faſtum in quo perceperunt mercedem ſuam. t.5.n. 93.

Hominum neminem poſſe hic pœnitentiam agere, niſi quē Deus illuminauerit, & gratuita ſua miſeratione conuerterit firmiſſimè tenet. t.3.n.163.

H V

Humana natura perdidit illam per lib.arb.& hanc eſt acceptura per gratiam, quam fuerat (ſi non peccaſſet) acceptura per meritum, quāuis ſine gratia, nec tunc vllum meritum eſſe potuiſſet, t.3.n.134.

Humanæ mentis acies inualida eſt ad aſpiciendam diuinæ maieſtatis excellentiſſimam lucem, niſi iuſtitiæ fidei, & dilectionis diuina donante gratia illuſtretur ſplendore. t.10.n.453.

H V, ID & G

Humani generis maſſa vniuerſa damnata, quæ in illo fuerat radicata punitus ſua ſtirpe eſt, vt nullus ab hoc iuſto, debitoque ſupplicio, niſi miſericordia, & indebita gratia liberetur. t.5.n.445

Humiles Deus in Pſal.74. conſolatur in ſpe, hoc agens, vt nè quiſquam ſuperbe de ſe præſumat, nè quiſquam humilis de domino deſperet. t.8. n.562.

I D

IDonei non ſumus cogitare aliquid; quaſi ex nobis ipſis. 2. Cor. 3. ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. t.7. n. 865.

I G

Ignorans ignorabitur, ideſt reprobabitur. t.2.n. 293

Ignorantes iuſtitiam Dei, & ſuā volentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti, qui autē ſubiecti ſunt ſic ſunt alti, vt humiles ſint, t.8.n.1007 & 519.& 1131.& t.7.n.494 & t.10.n.116.

Ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam

suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Finis enim legis Christus est ad iustitiam, omni credenti. t.3.n.590

Ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere iustæ Dei non sunt subiecti, horum impietas etiam idolatriam forsan superat. t.2. n.190.

Ighorantia in eis, qui intelligere noluerunt, sine dubitatione peccatum est, in eis autem qui non potuerunt, pœna peccati est, ergo in vtrisque non est excusatio, sed iusta damnatio. t.3.n.754, & t.2.n.303.

Ignorantia veri, & difficultas recti, si naturalis est homini vnde incipiat in sapientiæ quietisque beatitudinem surgere nullus hanc ex initio naturali rectè arguit, sed si proficere noluerit, aut à profectu retrorsum re labi voluerit iure meritoque pœnas luet. t.1.n.485

Ignorantia vero, & difficultas est causa peccati, inde incipit anima proficere ad cognitionem, & requiem donec in ea perficiatur vita beata promoueri, quem profectum, in studijs optimis atque pietate, quorum facultas ei non negatur si propria voluntate neglexerit iustè in grauiorem, quæ iam pœnalis est ignorantiam, difficultatemq. præcipitatur. t.1.n.485.

Ignorantia vero, & infirmitas vt vel nesciat homo, quid velle debeat, vel non omne quod voluerit, possit ex occulto pœnarum ordine venit, & illis inscrutabilibus iudicijs Dei, apud quem non est iniquitas. t.6.n.301

I L

Ille qui putauit sine ipsius adiutorio se custodire posse profectus est, in longinquam regionem, & viuens prodiga cuncta consumpsit. t.2.n. 309.

I M

Imitatorũ sanctorum licèt sis totũ gratiæ, semper reputa: quia, vt esset aliquid reliquum gratię in te Dei non tuum meritum fecit. t. 10. n.18.

Incul-

I N

Inculpatum quisquis se esse dixerit, aut superbus, aut stultus est, nemo suis viribus fatus est, sed Dei indulgentia. t.7. n.666.

In eodem lib. alio loco. Pelag. & Cœlest. alio loco. Vt quod per lib. arb. homines facere iubentur facilius possint implere per gratiam, tolle facilius & sanus est sensus. t.7 n.528.

Infans illa rectè punitione punitur, quia pertinet ad massam perditionis, & iustè intelligitur ex Adami natus antiqui debiti obligatione damnatus, nisi inde fuerit non secundum debitum, sed secundum gratiam liberatus per Dominum nostrum Iesum Christum. t.7.n.544

Infans si post baptismum vixerit, atque ad ætatem capacem præcepti venire potuerit, ibi habet, cum qua pugnet eam adiuuante Deo superet, si non, in vacuum gratiam eius susceperit, si reprobatus esse voluerit. t.7.n. 465.

Infantes qui nascuntur sub Diaboli potestate, sunt qui de

I N & O

corporum commixtione nascuntur antequam renascantur, quia per illam nascuntur concupiscentiam carnalem. t.7. n.706.

Infœlix ego homo quis me liberabit, de corpore mortis huius, gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum. t.8.n.1165.& t.10. n.482.

nostra potestate esse, vt vel inseri bonitati Dei, vel excidi eius se veritate mereamur, quia in potestate nostra non est, nisi quod nostram sequimur voluntatem, quæ cum fortis, & potens præparatur à Domino facile fit opus pietatis, etiam quod difficile, & impossibile fuit, &c. t.1. n. 23.

Intellectus diuinitus adiutus iudicet quæ, vel quantum sint in quibus etiam, aliud putare quam est, non sit animæ pernicioſum. t. 3. n. 488.

In potestate nostra positum est qualiter in die iudicij iudicemur. t.10.n.290

I O

Ioannes de terra est, & de terra loqui-

I P & V

loquitur, si autem aliqua loquitur diuina, illuminatus est à Deo; quia si non esset illuminatus terra, terram loqueretur. t.9.n.86

I P

Ipsam denique pœnitentiam quam dubio procul voluntas agit Domini misericordia, & adiutorio fieri, vt agatur secundum Ambros. t.7. n.532.

I V

Iudæi zelum Dei habent, sed non secundum scientiam: ignorantes enim Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti, & ideo gratiam Dei non cognouerunt. t. 8. n. 109.

Iudex, & omnis qui præest, hoc primitus tota animi intentione procuret, vt per omnia de Dei adiutorio omnino non dubitet. t.9. n.567

Iudicem seu Dominum absque virtute fieri non decet, quā virtutem sine Dei auxilio nemo habet. t.9. n. 567

u dicemur qualiter in die iudicij in potestate nostra positum est. t.10. n. 507

I V

Iustificare seipsum, hoc esset scilicet esse pauperem, mitem pacificum, &c. verbis suis quilibet homo volaret ad cælum, cum hæc loqueretur sicut faustus, & constantius Romæ faciebat, sed reprehendatur eorum simulatio. t.6.n.157

Iustificabitur nemo, &c. t.3. n.576.

Iustificari aliud est, & aliud nō iustificari, & aliud iustificari apud Deum, qui omnino non iustificatur, nec illa seruat, quæ temporale habent præmium, nec illa quæ æternum, qui autem in operibus legis iustificatur non apud Deum iustificatur. t.4. n.866.

Iustificari caro potest coram hominibus, sed non coram Deo, qui cordis ipsius, & intimè voluntatis inspector est, vbi videt etiam si aliud faciat qui legem timet quid mallet facere si liceret, &c. t.3. n.575.

Iustificari arbitrari se hominē per fidem sine operibus legis cum dicit Apostolus, non hoc agit, vt percepta, ac profes-

sa

fessa fide opera iustitiæ contemnantur, sed vt sciat se quisque per fidem posse iustificari, etiam si legis opera, non præcesserint, sequuntur enim iustificatum, non præcedunt iustificandum, dæmones credunt, & contremiscunt. t.4.n.47. & 48

Iustificari inquit Apostolus arbitramur hominem per fidē sine operibus, non tamen intelligendus est, vt accepta fide, si vixerit dicamus eum iustam etiam si male vixerit. t.4. n.423.

Iustificari in Christo, qui credunt in eum propter occultè communicationem, & inspirationem gratiæ spiritualis, qua quisquis hæret Domino vnus spiritus est cum eo. t.3.n.444

Iustificari neminem posse à peccato, nisi fuerit, & per baptismum dimisso omnia peccata. t.7.n.669

Iustificari posse per naturam, & lib. arb. contendere est crucem Christi euacuare, & per legem voluntatis; ergo Christus gratis mortuus est, aliud est esse, & aliud posse. t.7. n. 496.

Iustificari potest homo, sed per gratiam Dei, & sine gratia Dei hominem sine peccato esse non potest. t.7.n.497

Iustificandis impijs merita sicut non sunt, quia Dei gratia est, ita propterea non esse fatum, quia Dei gratia est, nec esse acceptionem personarum, quia Dei gratia est. t.7.n.601

Iustificati estis gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu t.8.n.956.

Iustificati gratis per gratia ipsius, per redemptionem, quę est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. 7.455. & 9.60. & 3.178

Iustificati non lege hominum, sed lege fidei, non litteræ, sed spiritu, non factorum meritis, sed gratuita gratia. t.3. n.579.

Iustificati per Christum, qui pro nobis mortuus est, iustum auxilium meum à Domino t.8. n.30

Iustificati portauerunt Deum, & de ipsis Deus corruscabat

miracula, tonabat terrores, pluebat consolationes. t. 8. n. 989.

Iustificati sumus in sanguine ipsius, cum inimici essemus, ac salui erimus in vita ipsius. t. 3. n. 294.

Iustificati sunt antiqui, & veteres ante incarnationem verbi in hac fide Christi, & in hac vera iustitia, quod est nobis Christus hoc credentes futurum, quod nos credimus factum gratia salui facti per fidem, non ex seipsis, sed Dei dono. t. 4. n. 722

Iustificati sunt, sed non per merita, sed gratis per gratiam ipsius. Rom. 3. t. 2. n. 299

Iustificati gratis per gratiam ipsius, non itaque iustificati per legem non iustificati per propriam voluntatem, sed gratis per gratiam ipsius, nō quod sine voluntate nostra fiat, sed voluntas ostenditur infirma per legem, vt sanet gratia voluntatem, & sana voluntas impleat legem, non constituta sub lege, nec indigens lege. t. 3. n. 576

Iustificati sumus in sanguine Christi, quem sine vllo debito occidit in remissionem peccatorum nostrorum solū à debito mortis liber est mortuus. t. 3. n. 296

Iustificationes factæ sunt iusta, idest opera iustitiæ. t. 8. n. 923.

Iustificationes prius desiderantur, quam sunt vtiles, & honeste, deinde, vt earum desiderium cōcupiscatum postremo, vt proficiente lumine, delectet earum operatio, quarum sola ratio delectabat. t. 8. n. 924.

Iustificationes sunt, non dicta, sed facta iustitiæ opera, scilicet iustorum, quæ imperat Deus ideo autem Dei dicuntur, quamuis à nobis fiant non nisi ipso donante. t. 8. n. 918.

Iustificatur ex fide homo, si operè, & quicquid illi legali possit obseruatione contineri, totum credulitas sola donauit credidit Abraham, & deputatum est ei ad iustitiā, Genes. 15. t. 10. n. 516

Iustificatur gratis per gratiam, idest nullis meritis suorum operum præcedentibus, alioquin gratia iam non esset gra-

nes gratis, per gratiam eius, qui per seipsos iusti esse non possunt, &c. t.8.n.937

Iustitia Dei, quędam operatur per malos, nescientes, quædam per scientes bonos. t.6.n.78.

Iustitia fidei non pro merito data est hominibus, sed pro misericordia, & gratia Dei, non erat popularis, antequā Dominus homo inter homines nascerentur. t.4.n. 868.

Iustitiam Dei ignorantes, & suam constituere volentes iustitiæ Dei non sunt subiecti. t.9.n.304.& 151.& 320.& t.8.n.517,& 950.& 960.& t.7.n.706.& t.4. n. 123.

Iustitiam Dei humanis coniecturis volentes defendere,& ignorantes altitudinem gratiæ,fabulas improbabiles texuerunt. t.7. n.451

Iustitiam, quam donat gratia sine meritis,nesciunt illi,qui suam iustitiam volunt constituere, & ideo iustitiæ Dei non sunt subiecti, qui Christus est. t.5.n.453

Iustitiam suam, qui volunt cōstituere, ignorantes iustitiā

Dei, nec immerito obliti sunt verborum Dei. t.8.n. 969.

Iustitiam suam, qui volunt constituere, quicquid bene fecerint, sibi imputant, quicquid male fecerint Deo omnino peruersi sunt. t.8.n. 1131.

Iustitiam suam velle constituere, est,ac si dicerent,ego sanctifico, ego iustifico, quod ego dedero sanctus est. t.10 n.117.

Iustitiam Christi, nisi credentibus prodesse non posse,scriptura diuina nos admonet, & prodesse aliquid paruulis confitentur,vnde necesse est eos baptizatos in credentiū numero sine vlla tergiuersatione constituant, & si non baptizantur inter eos,qui nō credunt erunt. t.7.n.487

Iustitia nimia incurrit peccatū temperata vero iustitia, facit perfectos:non enim sine malitia est, qui multum est iustus, quia peccantibus ad singula si respondeas non deerit vbi peccas, & sic Dei temperata est iustitia. t.4. n.506.

IVS

Iustitia nos sumus non nostra, sed Dei, ab illo accepta, non à nobis assumpta, imparta non vsurpata, donata, non rapta. t. 10. n. 225

Iustitia nostra per fidem est, est & illuminatio per fidem, & est illuminatio per spem. t. 9. n. 412.

Iustitia qua retribuuntur bona, pro bonis, non est sine misericordia præcedente. t. 8. n. 920.

Iustitia quæ est ex lege, non est ex Deo, iustitia vero, quæ est ex gratia, seu per gratiã consumatur ex Deo. Iustitia enim ex lege dicitur fieri, propter legis mandatum, iustitia vero ex Dei dicitur, quæ datur, per gratiæ beneficium vt suaue mandatum. t. 7. n. 523.

Iustitia sine misericordia non est accepta apud Deum, & misericordia sine iustitia destruitur, & in crudelitatem conuertitur. t. 10. n. 919

Iustitia sine voluntate tua, non erit in te: nisi per voluntatẽ tuam, potest tamen esse iustitia Dei sine voluntate tua, sed non in te. t. 10. n. 229

IVS

Iustitia si per naturam, ergo Christus gratis mortuus est. t. 2. n. 309.

Iustitiæ Dei non sunt subiecti, ignorantes illam, & suam volentes constituere. t. 2. n. 393.

Iustos nos esse non posse, sine gratia Dei, quia legem dedit, quia doctrinam instituit, quia bona præcepta mandauit: illa enim sine adiuuante spiritu procul dubio est littera occidens, cum vero adest spiritus viuificãs, hoc ipsum intus conscriptum facit diligi, quod foris scriptum lex faciebat timeri. t. 3. n. 583

Iustus ex fide viuit. Mortuus enim erat prius per suam iniustitiam antequam viueret, per Dei gratiam. t. 8. n. 920.

Iustus implet legem Christi, iniustus verò alienus est à lege Christi, potest tamen aliquid quod & iustus implere, vt; & ipse baptizet, sicut potest Dei mandata prædicare, sicut iusti; sed non secundum ea viuere sicut iusti. t. 7. n. 168.

Iustus quod est à te tibi est, vt tu tibi

tu tibi potes dare iustitiam? Nemo sibi dat, quod non habet, ergo cum sis iniustus, esse non potes iustus, nisi conuertendo te ad quandã iustitiam manentem, à qua si recedis iniustus es, ad quã si accedis iustus es, te recedente, non deficit, te accedente non crescit. t. 8. n. 434.

Iustus noli multum effici, non est notata iustitia sapientis, sed superbia præsumentis, qui ergo fit multum iustus, ipso nimio fit iniustus: multum enim se facit iustum, qui dicit se non habere peccatũ, aut, qui se putat non gratia Dei, sed sua voluntate sufficiente, effici iustum, nec resté viuendo, iustus est, sed potius inflatus putando se esse, quod non est. t. 9. n. 324.

Iustus quidam ordo naturæ fit in homine, vt anima subdatur Deo, & animæ caro, ac per hoc Deo, & animæ, & caro, &c. t. 5. n. 384

Iustus si fueris; nam nemo iustus, nisi humilis, & pius, & de iustitia tua inflatus inceseris, & alios in tua comparatione contempseris, & super ex alteris tanquam glorians de meritis tuis, non ine laudas, nec qui quasi de suo viuit, sicut Pharisæus. t. 8. n. 330.

LAboratum est pro lib. arb. voluntatis humanæ, sed vicit Dei gratia. t. 1. n. 29

Latitudo in cruce, quæ sit longitudo, & altitudo, & profundum, latitudo est quippe in transuerso ligno, quo extendunt pendentes manus, & significat opera bona in latitudine charitatis, longa à transuerso ligno, vsque an terram, vbi dorsum pendensque figuntur, & significant, perseuerantiam in longitudine temporis, vsque in finem. Alta est, in cacumine, quod transuersum lignum sursum versum excedit, & significat supremum finem, quo cuncta opera referuntur, profunda est in ea parte, qua in terram figitur, & ibi occulta est, sicut

bona

L A

bona noſtra de profunditate gratiæ Dei diiudicari non poteſt. t.9.n.374

Latitudo longitudo, & profundum fortaſſis crucem Domini ſignificat, erat enim latitudo in qua porrectæ ſunt manus, longitudo à terra ſurgens, in qua erat corpus infixum, altitudo ab illo dextro ligno ſurſum quod eminet, profundum, vbi fixa erat crux, ibi omnis ſpes vita noſtræ, & non in meritis noſtris. t.8.n.813

Laus Dei non poteſt eſſe, niſi in ſanctis eius, nam qui male viuunt Deum laudant, ſed quia, & ſi prædicant lingua, blaſphetant vita, & ſic laus non eſt Dei, in infidelibus, non in hæreticis, nec in malis Chriſtianis. t.8.n.301

Lazarum foras prodire eſt, quod occultum erat, foras prodire. Qui enim confitetur, foras prodit, & foras prodire non poſſet, niſi ſuſcitatus eſſet per gratiam. t.10 n.476.

L E

Ledit animum ſuum, qui odit alterum, tollit pecuniam alterum, nunquid tollit fidem? ledit famam, nunquid conſcientiã? quicquid nocet forinſecus nocet, ſibi intus, ſibi ipſe eſt inimicus, qui odit alterum, ſed quia non ſentit, quid ſibi mali faciat in alterum ſeuit eo periculoſius viuit. t.10.n.46

Legem Deus per ſeruum miſit, cum gratia ipſa deſcendit, & qui legem implet, non eſt ſub lege, qui autem ſub lege eſt non ſubleuat. t. 9. n.15.

Legem impleri per carnem, eſt impoſſibile, ideſt per carnalem præſumptionem, qua ſuperbi ignorantes Dei iuſtitiam, ſcilicet quæ ex Deo eſt homini, vt ſit iuſtus, & ſuam volentes conſtituere, tanquam per eorum non adiuti diuinitus arb. lex poſſet impleri, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. t.7.n.606

Legem nemo poteſt implere, per legem. plenitudo enim legis charitas, charitas autem Dei, non per legem diffuſa eſt in cordibus noſtris, ſed per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. t. 7.

t.7. n. 522.

Legem quamuis a peccādo prohibeat, non tamen sic dicit datam, vt liberaret à peccato. Sed vt demonstraret peccatum; cui seruiens anima debet se ad gratiam, liberatoris conuertere, vt peccato liberetur. Per legem enim cognitio peccati. t.4.n.407

Legem qui putant, ex se implere, putando se facere, quod spirituali, quę ex Deo est non faciunt charitate ita remanet; aut apertè iniqui, aut fallaciter iusti in aperta iniquitate euidenter elisi in fallaci iustitia insipienter ēlati: nec iustitias Dei implent. t.7. n. 615

Legentis. & meditantis non est sentire dulcedinem contemplationis: nisi data fuerit desuper, legere enim, & meditari tam bonis quam malis commune est sicut philosofi fecerant. t. 10. n. 559

Legem putant se arb. sui viribus implere iubentem, & ista implicati superbia, ad gratiam non conuertuntur iuuantem &c. t. 7 n. 615

Legis finis Christus est ad iustiam omni credenti: ideo noluit discernere ab opere fidē sed ipsam fidem dixit esse opus Dei, ipsa est, quę per dilectiones operatur. t. 9 n. 148

Legis finis Christus est, ad iustiam omni credenti, vt iustificentur, gratis per gratiā ipsius non tantum ex viribus suis. t. 8. n. 950

Legis iustitiam non impleri cū lex iubet, & homo quasi sū is viribus facit. Sed cū spiritus adiuuat, & hominis non libera, sed Dei gratia liberata voluntas facit legis enī iustitia est iubere, quod Deo placet, vitare, quod displicet. t. 10. n. 615

Legis plenitudo fit non per vires lib. verb. quod eum in nobis, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. t. 2 n. 261

Legis prævaricatio abundantia peccati, vt ad liberationem quęratur promissiones Dei quod est gratiā Dei & incipiat in homine iustitia, non tua sed Dei: hoc est data dono Dei. t. 2. n. 279

Legi vt obediatur gratia fieri dici-

L E

dicimus, vt Deus quid fieri velit t.7 n.606

Lex aduersus promissa Dei non est, si data esset lex, quæ posset viuificare omnino esset iustitia ex lege. t. 2. n. 279.

Lex aliud est à gratia, vt lex non solum nihil prosit, sed obsit, nisi adiuuet gratia, & hæc ostendetur legis vtilitas, quoniam quos fecit præuaricationis reos cogit confugere ad gratiam liberandos, & adiuuandos. t.7. n.521.

Lex auget concupiscentiam ex prohibitione, & reum obligat ex præuaricatione, iubendo, quæ implere homines infirmitate non possunt, nisi se ad Dei gratiam pietate conuertant. t.4.n.442

Lex data est hominibus superbis, & viribus suis, totum tribuentibus, cum implere non possint legem datam præuaricatores inuenirentur & facti rei sub lege, peterēt misericordiam à legis conditore. t.6.n.358.

Lex data si posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia, sed

L E

concludit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. t.4.n.869

Lex data est, vt gratia quæreretur, gratia data est, vt lex impleretur, neque enim suo vitio non implebatur lex, sed vitio prudentiæ carnis. t.3. n.583.

Lex data est, vt gratia quæreretur, neque enim suo vitio nō impletur, sed vitio prudentiæ carnis, quod vitium per legem demonstrandum, per gratiam sanandum fuit. t.3. n.24. & 746.

Lex Dei per gratiam in cordibus scribitur, quæ legis sunt, naturaliter fiunt, non quia per naturam præuenta sit gratia, sed quia per gratiam reparata est natura. t.3.n. 752.

Lex dicta est ministratio mortis in litteris figurata lapideis ab hæreticis non intuentibus propter eos esse dictū qui solo lib.arb. legem sufficere arbitrabantur, & spiritu gratiæ non adiuti rei præuaricationis sub eiusdem legis littera tenebantur. t. 6. n.436

Lex diuinæ prouidentiæ est, vt nemo à superioribus adiuue tur ad cognoscendam, & percipiendam gratiam Dei, qui non ad eandem puro affectu adiuuerit. t.1.n.502

Lex enim æterna illa est, ad cuius considerationem redire, iam tempus est incommutabili stabilitate firmauit, vt in voluntate meritum sit, in beatitudine, autem, & miseria præmium atque supplicium, illud fuit retract. lib. 1.cap.8. scilicet in voluntate meritum sit verum, sed suppositæ gratia. t.1.n.443

Lex enim sine gratia sola littera est, manet ad conuincendum iniquitatem, non ad dandam salutem, &c. t.8.n. 525.

Lex ergo auditores iustitiæ facit, gratia autem factores. t.7.n.606.

Lex fidei est, qua oramus, & credimus, per gratiam nobis donari, vt faciamus, quod per nos ipsos implere non possumus, nè ignorantes Dei iustitiam, & nostram volentes constituere, iustitiæ Dei non sumus subiecti. t.8.n 927.

Lex impleri non potest, nisi à spiritualibus, quales facit gratia. t.4.n.848

Lex in Sacerdote, per quem sacerdotium, & sacrificia instituta sunt, in leuita vaticinium prophetarum intelligitur, quorum temporibus genus humanum saluari non potuit. t.7.n.937

Lex itaque docendo, & iubendo, quod sine gratia impleri non potest, homini demonstrat suam infirmitatem, vt quærat demonstrata infirmitãs Saluatorem à quo sanata voluntas possit, quod infirma non possit. t.2.n. 433.

Lex iubẽs si adsit, & spiritus iuuans desit, per ipsam prohibitionem desiderio crescente, atque vincente peccati, & reatus præuaricationis accedit, vt nonnunquam sint apertissima vitia, quę alijs vitijs vincuntur. t.5. n. 447.

Lex iubet, dator legis misereatur in eo, quod lex iubet conantes homines implere viribus suis, quod à lege præ-

ceptum est ipsa sua temeritate, præsumptione præcipiti, ecciderunt, & non sunt lege, sed sub lege facti sunt. t.9.n.15.

Lex iubet, vt cognoscat homo se peccatorem esse, cognitio peccati non abolitio, & nihil ad perfectum adduxit. t.7. n.937.

Lex per litteram iubet, non per spiritum iuuat, quicunque audit litteram legis, vt ei sufficere videatur cognouisse, quid iubet, aut prohibeat, quo id se arbitri sui virtute impleturū esse vid atur, nè fide confugiat adiuuandum ad spiritum sanctum viuificantem, ne reum factum littera occidit; is profecto zelum Dei habet, sed non secundum scientiam. t.2.n. 310.

Lex quamuis iusta, & sancta, & bona præuaricatoribus intulerit mortem. quos Dei gratia non adiuuit ad iustitiam legis implendas, quæ oportet in veteri testamento imponeretur superbis, & ideo suæ voluntatis virtute fidentibus. t.6lu.436

Lex ne videatur sibi sufficere posse homini habēti lib.arb. & eas si nullus vltra auxiliū diuinū possideretur aut certè frustra data fuisset crederetur dicta est & causa quare sit lex data t.10 n.211

Lex non docet, quid velle debemus ad abundantiam delictorum, nisi adiuuet gratia vt quod volumus, valemus, & quod voluerimus impleamus t.2.n.258

Lex non est data ad dandam salutem: si enim posset viuificare omnino ex lege esset iustitia, sed concluſit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus &c. t.8.n.525

Lex non est data, vt auferret peccatū. Sed vt sub peccato omnia concluderet & sic ostendebat peccatum esse. t.4 n.869

Lex non est ex fide, sed qui fecerit eam viuet in illis, sed gratia Dei potius ex fide quęritur. t.7.n.623

Lex non impletur nisi per lib. arb. sed per legem cognitio peccati per fidē impetratio gratiæ

gratiæ cõtra peccatum liber tas arb. qui lib. arb. dilectio per iustitię dilectionem legis operatio. t.3.n.590

Lex non infirmat ad euacuandum promissionem, si enim ex lege hæreditas iam non ex promissione Abrahę aut per promissionem donauit Deus. t.7. n.608

Lex non iuberet, nisi esset voluntas, nec gratiam iuuaret, sicut esset voluntas: iubetur vt habeamus intellectum oramus vt habeamus intellectum iubemur vt habeamus sapientiam, & continentiam, similiter & oramus si quis vestrum indiget sapientia postulet à Deo &c. t.2. n.277

Lex non poterat sufficere, ita infirma erat natura, data est lex, sed non quæ possit viuificare, lex præuaricationis gratia data præuaricationis gratia posita est, quia nouit Deus superbiam tuam. t.10 n.256.

Lex non poterat viuificare sicut nec baculus Helisæi per seruum potuit suscitare filium Viduæ. t.8.n.526

Lex non potest impleri, nisi per gratiam, quæ facit homines spirituales, & lex ab omni criminatione defenditur. t.4.n.848.

Lex sancta, & iusta, & bona, nec ipsa est gratia, & nihil ex eo rectè fit, sine gratia, quia non est data, quæ possit viuificare, sed prævaricationis causa posita est, vt conuictos poneret sub peccato, & promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. t.7.n.617

Lex sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum, quod ergo bonum est, mihi factum est mors. Absit, sed peccatum, vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. t.7.n. 775.

Lex si data esset, quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. t.8.n.961

Lex si data esset, quę posset viuificare vera ex lege esset iustitia. t.3: n. 58. & t.10. n. 211.

Lex sine gratia est occidens littera, in gratia vero spiritus viuificans, & charitas Dei

in hominibus, & proximi non ex nobis, sed ex Deo. t.7. n.898. & t.3. n.136.
Lex sine gratia impleri non potest.plenitudo legis est charitas. t.8. n.1137
Lex si non est gratia,quia vt ipsa lex fiat, non potest lex adiuuare, sed gratia, quę non erit natura, cont.Pelag. t.7.n.894.
Lex spiritalis est, ego autem carnalis sum,venundatus sub peccato satis ostendi non posse impleri legem, nisi à spiritalibus,quales facit gratia Dei, hoc ex persona hominis sub lege positi, nondū sub gratia, & Apostoli. t 4. n.860.& t.10. n.206. & t.1. n. 27. & t.2. n.525.
Lex statuitur per fidem, & in quantum spiritus vitæ pertinet ad gratiam, & sic liberat hominem è lege peccati. t.4.n.407.
Lex subintrauit, vt abundaret delictum, sed quoniam plenitudo legis charitas est, ideo per charitatem lex impletur non per timorem.t.9. n. 17. & t.6. n. 358. & t.8. n.488. & t.3. n.137. & t.2. n.261.
Lex subintrauit, vt abundaret delictum, vt eo modo conuictus, atque confusus videret non tantum doctorem sibi esse necessarium, verum etiam adiutorem Deum à quo eius itinera dirigantur, nè dominetur ei omnis iniquitas, & confugiendo ad opem misericordiæ sanetur. t.3. n. 574.
Lex subintrauit, cum homines negligunt,quod Deus iubet, siue cum de suis viribus præsumentes adiutorium gratiæ non implerent, & addunt infirmitati superbiam cum multis autoritatibus, &c. t.2.n.261.
Lex vbi non est, ibi nec pręuaricatio. Rom. 4. & concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, non concupisces, ac per hoc lex aliud est,à gratia, vt lex obest, nisi adiuuet gratia. t.7. n.521
Liberati enim à peccato serui facti sunt iustitiæ,in qua stabunt, vsque ad finem donante sibi illo perseuerántiam, qui eos præciunt, & prędestinauit, & secundum propositum

situm vocauit, & iustificauit, & glorificauit. t. 7. n. 916.

Libertas arbitrij plena tribuitur nobis opitulante gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum, & mala necessitas remouetur. t. 7. n. 517.

Libertas arb. sine gratia non est libertas, sed contumacia. t. 2. n. 261

Libertas nè glorietur de ipso libero arbitrio voluntatis, tanquam ab ipso incipiat meritum, cui tanquam debitum reddatur præmium bene operandi, audiat eundem gratiæ præconem dicentem. Deus est qui operatur in nobis velle, & operari. t. 3. n. 115.

Libertas arb. perijt per peccatum, sed illa, quæ in paradiso fuit habendi plenam, cum immortalitate iustitiam propter, quod natura humana indiget gratia. t. 7. n. 585

Libertas vnde erit homini addicto, & vendito, nisi redimat ille cuius illa vox est, si vis filius liberauit, tunc verè liberi eritis, quod antequam

fieri in homine incipias, quo modo quisquam de lib. arb. in bono gloriatur operè, qui nondum liber est, ad operandum bene, nisi se vana superbia inflatus extollat, &c. t. 3. n. 114

Libertatem arbitrij mihi dedisti Domine, sed sine te nihil est mihi conatus meus adiutor meus esto nè derelinquas me. t. 8. n. 93

Liberi arbitrii dum homo gratiæ Dei immemor in prosperis efficitur, & tam de sui possibilitate gloriatur extollitur, eius flagello corripitur. t. 7. n. 941

Liberi ergo à iustitia, non sunt nisi arbitrio voluntatis, liberi autem sunt à peccato, non fiunt nisi gratia Christi. t. 7. n. 585.

Liberi arbitrij libertas manet ad quærendam salutem, idest rationis voluntas, sed admonente prius Deo, & inspirante ad salutem, vt ergo acquiescamus salutari inspirationi nostræ potestatis est, vt adipiscamur, quod adipisci desideramus diuini est muneris, vt non labamur adepto sa-

to ſalutis muneræ noſtræ ſolicitudinis, & cœleſtis adiutorij, vt labamur noſtræ poteſtatis eſt, & ignauiæ. t.3. n.613.

Lib. arb. defenſores immo deceptores, quia inflatores, & inflatores, quia præſumptores non aduerſus nos, ſed aduerſus Euangelium locuturi, quid aliud dicunt quam id quod Apoſtolus ſibi quaſi à talibus diceretur abiecit. Quid adhuc conqueritur? nam voluntatis eius, quis reſiſtet: ergo cuius vult miſeretur, & quem vult indurat. t.2.n.300

Liberi arbitrij libertas erit ad capeſcenda Domini præcepta, cum acceperit ſpiritum Domini, quia vbi ſpiritus Domini, ibi libertas. t. 3. n. 613, & 631. & t.7.n.939.

Lib.arb.libertas.t.3.n.631.alias 613.

Lib.arb.opera, quæ gratiæ prçponuntur, & ex his tanquã ex meritis in Chriſto iuſtificari extolluntur, damnamus auctoritate diuina. Gal. 1. t.7.n.943.

Libero arbitrio poſſibilitas bono, vitio primi hominis perdito à iuſtorum erraſſe conſortio oſtenditur, per ouem perditam ex centum ouibus, nec per ſe ad paradiſum de quo exiuit, poſſe reuerti, niſi indebitam in gratia ſua. t.7. n. 938.

Lib.arb. poteſtas non ſufficit, niſi adiuuetur infirmitas, oratio eſt clariſſima gratiæ teſtificatio. t.2. n.277

Lib. arb. ſequax eſſe diuinæ inſpirationis, liberè confitemur, ſicut initium ſalutis noſtræ Deo miſerante habere nos credimus. t.3. n.140

Libero arbitrio voluntate ſua homo adhuc in vitio claudicante non præuenit Deum, vt cognoſcat, & quærat eam gratiam tanquam pro meritis, accepturus, ſed præcedit miſericordioſiſſima gratia ſua Deus hominis ignorantis, & nondum ſe quærentis voluntatem lib.arb. vt cum ſe ſcire, & quærere faciat. 1. Io. 5. & Pſal. 58. Miſericordia eius præueniet me. t.7. n.935

Libero claudimus arbitrio cuncti hoc vuinere, nec implere nobis naturaliter ſufficit poſſe

L I

se bonum, quia iam est vitiata libertas, quæ non potest exoriri. t.7.n.932

Lib.arb. missi sunt non accepto perseuerantiæ dono iudicio Dei occulto iusto. t.7.n.919.

Lib. arb. homo habet malum meritum, cum vitio suo iam baptizatus declinat a bono & facit malum, ideſt derelinquit Deum, & diligit seculum, qui & Deus reddet ei secundum opera sua, & vnicuique. t.7.n.943

Lib. arb. hoc restat in ista mortali vita, non vt impleat homo iustitiam cum voluerit, sed vt se supplici pietate conuertat ad eum, cuius dono campos sit implere. t.4.n.442.

Libero arbitrio male vtens homo, & se perdidit, & ipsum sicut, qui se occidendo, non viuit, nec potest resuscitare, ita cum lib. precatur arb. victore peccato amissum est, lib.arb. t.3.n.114

Lib.arb. nè quisquam putet, & fidens de viribus voluntatis non dico, sed vanitatis suæ legem potuisse sufficere, &

L I

Christi gratiam derideret, allegans Apostolum, sed sola abstulit gratia. t.2.n.261

Libero qui locum seruatur arbitrio, vt sine Dei adiutorio ad explendiū, quid voluerit rationali dignitate suffulta sibi ipsi non sufficiat humana natura. t.7.n.829

Lib.arb. seu per lib.arb. neminē posse per se sibi sufficere implere quod velit rectè dicimus. t.7.n.932

Lib.arb. suo solo Petrus dixit se pro Domino moriturum absque Dei adiutorio, sed quid est homo sine gratia Dei, nisi quod fuit Petrus, cum negaret Christum, & omnis caro fenum. t.10.n.624.

Lib. arb. sponte homo cadere potuit, non etiam surgere potuit, ad quam miseriam iustè damnatum pertinet ignorantia, & difficultas, quam patitur omnis homo ab exordio suæ natiuitatis, nec liberatur ab isto malo nisi gratia Dei. t.7.n.868

Lib.arb. vitiato totus homo vitiatus est, per quod absque adiutorio gratiæ, quod Deo pla-

L I

placeat, nec valet incipere, nec perficere sufficit. Præuenitur, autem medicina, ideſt Christi gratia, vt sanetur atque præparetur voluntas, quæ semper indiget adiutorio Christi. t.7.n.935

Lib. vero, quod ab eo habemus arb. prono ad nequitiam lapsu fluit, & eum ad virtutis indolem Dei auxilio deferente nihil possit ad genus omne peccati idonea fultum virtute subsistit. t.7.n.828

Lib. arb. ab arbitrando rationali consideratione, vel discernendo, quid eligat, quid vere cuſet, & puto quod nomen accepit, vel ideo lib. arb. dictum, quod in su positum sit potestate, habens agendi, quod velit potestatem, seu possibilitatem. t.7.n.933.

Lib. arb. ad Dei gratiam pertinet, & ad Dei dona, nec tantum, vt sit verum etiam, vt bonum sit, ideſt, ad facienda mandata Domini conuertatur, & adiuuat. t.7.n.468.

Lib. arb. ad diligendum Deum primi peccati granditate perdidimus, & lex Dei quãuis sancta, & iusta, occidit, si non viuificet spiritus per quem fit. t.2.n.321

Lib. arb adiuuari per Dei gratiã, vt rectè sapiamus, atque faciamus, vt cum venerit Dominus reddere vnicuique secundum opera eius, inueniat opera nostra bona quæ præparauerat Deus in illis ambulemus. t.2.n.103 & 104.

Lib. arb. ad malum sufficit, ad bonum autem, & parum est, nisi adiuuetur ab omnipotenti Deo, seu bono, quod adiutorium si homo ille per lib. arb. non deseruisset semper esset bonus, sed deseruit, & desertus est. t.7.n.915

Lib. arb. ad resistendum non potest, sed solum facere potest auxilium gratiæ. t.2.n.271.

Lib. arb. captiuatum non nisi ad peccandum valet, ad iustitiam vero nisi diuinitus liberatum adiutumque non valet. t.8.n.617

Lib. arb. confitemur, vt dicamus nos Dei semper indigere auxilio, & tamen illos errare,

rare, qui cum Manicheo dicũt, hominem peccatum vitare non posse; quam illos, qui cum Iouiniano. asserunt, hominem, non posse peccare, vterque enim tollit lib. libertatem. Nos dicimus hominem semper, & peccare, & non posse peccare, vt nos lib. confiteamur, est arb. t. 10. n. 728.

Lib. arb. defertum diuino adiutorio, qualibet scientia legis excellat, nullo modo habebit iustitiæ solitudinem, sed inflationem in piæ superbiæ & axitiosũm tumorem. t. 2. n. 757.

Lib. arb. dic hæreticæ, sic ex Adam susceptum, vt medicina Christi, & adiutorio non indigens per se sibi sufficiat implere, quod velit, audis Dei filium apparuisse, vt sanaret omnes oppressos à Diabolo sanguinem suum fundendo mundasse conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti. t. 7. n. 934.

Lib. arb. dicit Concilium Cartaginense olim ille professũm suis inconsulsius vtitur

bonis cadens in præuaricationis profundam demersus, nihil quemadmodum exinde surgere posset inuenit, itaque in æternum libertate deceptus huius ruinæ latuisset oppressu, nisi eum post Christi pro sua gratia liberasset aduẽtus, qui per nouæ regenerationis purificationem omne præteritum vitiũ sui baptismatis lauacro purgauit, &c. t. 7. n. 599

Lib. arb. dum volumus defendere apud homines, apud Deũ perdimus, orationis auxiliũ, & gratiarum actionem non habemus veram. t. 2. n. 320.

Lib. arb. esse fatemur omnibus hominibus, habens quidem iudicium rationis, non per quod idoneum, quæ ad Deũ pertinent, sine Deo autem, aut certè peragere, sed tantum in operibus vitæ præsentis, tam bonis, quam malis; bonis dico, quæ de boni naturæ oriuntur, id est, velle laborare in agro, vel manducare, & bebire, velle habere amicum, velle habere indumenta, velle fabricare

L I

domum vxorem, velle ducere, pecora nutrire, artem discere, diuersarum rerum bonarum, velle quicquid bonum ad præsentem pertinet vitam, quæ omnia non sine gubernaculo diuino subsistunt, immo ex ipso, & per ipsum sunt, & esse ceperunt. t.7. n. 934.

Lib. est hominis arb. & gratia Dei, sine cuius adiutorio lib. arb. nec conuerti potest ad Deum, nec proficere in Deo, t.2.n.105.

Lib.arb. & ad malum, & ad bonum faciendum confitendū est, nos habere, sed in malo faciendo liber quisque iustitiæ seruusque peccati, in bono autem liber esse nullus potest, nisi fuerit liberatus ab eo, qui dixit, si vos filius liberauit, &c. t. 2. n. 558. t.7.n.904.

Lib arb. fides catholica non negat, siue vitam, malam, siue bonam, neque tantum ei tribuit, vt sine gratia Dei videat, aliquid, siue vt ex malo conuertatur in bonum, siue, vt in bono perseueranter proficiat, siue vt ad bonum

L I

sempiternum proueniat. t.2.n.106.

Lib.arb. opera, quæ fiunt præparantur, per gratiam, & gratiæ præuentum, nullo lib. arb. merito, & ipso faciente gubernante, & perficiente, vt abundet in lib.arb. non damnamus, quia ex his homo iustificatur. t.7. n. 943.

Lib.arb.hominis ait Pelagius defendo, & dico, quia lib. arb. sufficiens est, vt iustus sim, non sine gratia Dei dico, est enim lib. arb. sed non sine gratia Dei, si enim hominem creauit Deus, & homini Deus lib.arb.donauit, quia, quid potest homo de lib.arb. cuius gratiæ debetur, nisi eius, qui eum condidit, cum lib.arb. generalem illam gratiam prædicat Pelagius quia creatus est homo, gratiam, qua Christiani sumus exclu dit t.10. n.205

Lib.arb hominis, per peccatum possibilitatis bonum perdidit, non nomen & rationem. t.7. n. 933.

Lib. arb. hominum natura peccato Adæ perijsse non dicimus

L I

mus, sed ad peccandum valere in hominibus subditis Diabolo, ad bene autem, pieq. viuendum non valere, nisi ipsa voluntas hominis Dei gratia fuerit liberata, & ad omne bonum actionis, sermonis, cogitationis adiuta. t.7.n.600

Lib.arb. huc, atque illuc liberū flectitur; atque in eis naturalibus bonis est, quibus, & male, vti, malus potest, nisi ex Deo nobis esse non posse nescio, quemadmodum defendamus, quod dictum, præparatur voluntas à Domino. t.7.476

Lib.arb. in defensione, autoritates, & testimonia, quæ sunt non sic intelligantur, vt ad vitam piam, & bonam conuersationem cui merces æterna debetur adiutorio, & gratiæ Dei locus non relinquatur, & audeat miser homo, quando bene viuit, & bene operatur, vel potius bene viuere, & bene operari sibi videtur in seipso, non in Domino gloriari, & spem rectè viuendi in seipso ponere, vt sequatur maledictum.

L I

Hier. 17. t.7. n. 887

Lib.arb. in operibus malis dico, vt est velle idolum colere, velle homicidium, velle adulterium facere res alienas, velle diripere, Deum viuentem, in sæcula blasphemare, velle turpiter viuere, velle maleficia discere, velle inebriari, & luxuriosè viuere, velle quicquid non licet, vel nō expedit operari pōt ex se lib. arb. & maculant animam, non autem bene viuere potest, ex se sine gratia. t.7. n.934.

Lib.arb. in superbiam sacrilegā Pelagij, & Cælestij extollunt, & nullum relinquant locum gratiæ Dei, qua Christiani sumus. t.2.n.269

Lib. arb. magnas vires, &c. t.10. n.173.

Lib. arb. isto proposito potest non agere, vt à potestate tenebrarum se liberare Pelagius dicit, quod absurdissimum est, & hæresis. t.7. n. 501.

Lib.arb. manet, ad quærendam salutem, idest rationalis voluntas, sed admonente prius Deo, & iuuante, ad salutem,

L I I

vt vel eligat, vel sequatur, vel agat occasione salutis, idest inspiratione Dei. t.3. n.140.

Lib. arb. naturæ hominis insitũ est, & gratiam Dei super lib. arb. omne antecedere meritum, vt verè gratuitum diuinum præbeat adiutorium. t.7.n.635.

Lib.arb.nec in bono erit, quod liberator, non liberauerit, sed in malo lib. habet arb. cui delectationem malitiç, vel occultus, vel manifestus deceptor inseruit, vel sibi ipse persuasit. t.7. n.586

Lib.arb.nemo nisi per Christũ bene vtatur. t.3. n.145

Lib. arb. neque sufficit, nisi à Domino victoria concedatur oranti, nè intret in tentationem, in quo ostenditur gratia Dei. t.7. n.888

Lib.arb. nihil valet sine Deo, solum ad malum valet, sine Deo communis enim est omnibus natura non gratia. t.10.n.204.

Lib. arb. non tollit, quando dicit. Non est volentis, neque currentis. Sed Dei miserentis. Sed non sufficere dicit.

L I I

Nisi adiuuet Deus misericordes nos efficiendo ad bene operandum, per donum Spiritus sancti. t.4. n. 853

Lib. arb. non sic defendatis, vt ei bona opera sine Dei gratia tribuatis, nec sic defendatis gratiam vt quasi de illa securi mala opera diligatis t. 2. n. 107

Lib.arb. non sufficit, vt homo resurgere possit. Sed qui mortuus est potestate, & hoc precium nostrum est, quo nos à morte redimeret t. 7. n.501.

Lib. arb. nullum est in infantibus ad bonum, vel ad malũ propriç voluntatis. Vnde præmia, vel supplicia meritis subsequuntur t.2.n.311.

Lib. arb. perfectæ fuit in primo homine, in nobis autem ante gratiam, non est lib.arb.vt non peccemus, sed tamen, vt peccare nolimus, gratia vero efficit, vt non tantum velimus rectè facere, sed etiam possimus non viribus nostris, sed gratia, & liberatoris auxilio. t.4.n.846

Lib. arb. per gratiam non euacuamus, sed magis statui-

mus,

L I I I

mus, sicut lex per fidem, sic lib. arb. per gratiam non euacuatur, sed statuitur. t. 3. n. 590.

Lib. arb. per velle malum rectè, perdidit posse bonū, qui per posse bonum, potuit vincere velle malum, quem iustè Deus iam delicto captiuum voluntati deprauatè dimisit, vt hæc eidem esset pœna in non faciendo, quod velit, qui semper si Deo fuisset obediens sufficere potuisset ad omne bonum, quod voluisset. t. 7. n. 933

Lib. arb. pulsatur hominis, vbi dicitur, hodie si vocē eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, auferam ab eis cor lapideum, & dabo eis cor carneum. t. 7. n. 895

Lib. arb. qui contra Dei adiutorium extollunt, districto gladio veritatis, vel cursim transiens amputares, &c. t. 3. n. 141.

Lib. arb. quicquam, nisi ad peccandum valet, si latet veritatis via, charitas Dei diffunditur in cordibus nostris non per lib. arb. sed per Spiritum sanctū, qui datus est nobis, t. 3. n. 572.

Lib. arb. quid autem quisque sectandum, & amplectendum eligat in voluntate esse positum constitit nullaque re de arce dominandi rectoque ordine mentem deponi, nisi voluntate, sed hoc fuit retractatum lib. 1. retract. c. 9. voluntas enim est, qua peccatur, sed rectè viuitur suppositā gratia. t. 1. n. 445

Lib. arb. qui dicit ad dominica præcepta sufficere, etiamsi Dei gratia, & spiritus sancti dono ad opera bona non adiuuetur, omnino anathematizandum est, & omnibus execrationibus detestādum, & qui hoc asserunt à gratia Dei pœnitus alieni sunt. t. 2. n. 256. & 257.

Lib. arb. quid valeat ad malum recole hominem peccatorē, quid valeat ad auxilium Deus, & homo attende in eo gratiam liberantem. t. 10 n. 195.

Lib. arb. quod sine Deo bonum opus, idest quod ad eius sanctum propositum pertinet, nec incipere, nec perficere possit, quisquis sic esse dixerit

rit, catholicus est, & qui negauerit, catholicus non est. t.7.n.939.

Lib.arb. quo auxilio adiuuari quærimus,& qua gratia,&c. t.7.n.528.

Lib.arb.quo peccandi voluntatem habere conuincimur, fuit nobis datum ab eo, qui fecit nos, non tamen causa peccandi, vertenda est in Deum,qui illud nobis dedit. t.1.n.445.

Libero arbitrio rationalis creatura potest se verti ad malũ. t.3.n.145.

Lib.arb. retinendæ iustitiæ non sufficiebat, nisi participatione grãtiæ, seu immutabilis boni diuinum adiutorium præberetur, &si peccatum in solo lib.arb. erat constitutum. t.3.n.134.

Lib.arb. sic habete, vt imploretis auxilium Dei, si quis autem non habet Spiritus Christi,non est eius. Non ergo se iactet, non sibi arroget virtutem propriam, egena vitiata natura. t.10.n.191.

Lib.arb. sine gratia, non posse bene operari, contra Pelagium & Cœlestium,& ibi auctoritatibus conprobatur.t.3 n.269.

Lib.arb. si posset sine adiutorio Dei gratiæ fieri vt lib.arb.vt intelligeremus,atque sapere mus non diceretur Deo da mihi intellectum,vt discam mandata sua. Psal. 118.& illud aperuit illis sensum vt intelligeret scripturas. Luc.24. si quis vestrũ indiget sapientia, postulet à Deo qui dat omnibus affluenter Iac. 1. r. 2.n. 105

Lib. arb. si quis ad colendum rectè Deum sine ipsius adiutorio esse in hominibus, & quisquis ita dicit. Deum nascentium conditorem,vt parvulorum neget à potestate Diaboli Redemptorem ipse Cœlestius & Pelagianus vocatur. t.7. n.564

Lib.arb.si quis sponte perderet suo libertatem deinceps arb. resumere non valeret sine gratia Dei. t.3. n.156

Lib. arb. sufficit homini ire in peccatum, quo seipse vitiauit vt autẽ redeat ad iustitiã opus habet medico; quoniã sanus non est. Opus habet viuificatore quia mortuus est,

est, &c. n.501. t. 4. 505
Lib. arb. valet ad opera bona, si diuinitus adiuuetur quod fit humiliter petendo, & faciendo. t.2. n.257.
Lib. voluntatis arb. hominis ad bene viuendum, & rectè agendum esse in homine, si etiam Dei gratia, sine qua nihil boni agere possumus. t.5. n. 88. & t. 7. n.887.
Lib. arb. voluntatis non tollitur, quia iuuatur, sed ideo, iuuatur, quia non tollitur. t.2.n.258.
Lib. arb. voluntatis, qui vtuntur, nisi eo volente, ac subueniente, à quo præparatur voluntas, velle non possunt. t.7.n.709.
Lib.arb.vsque adeo in peccatore non perijt, vt per illud peccant, maximè omnes, qui cum delectatione peccant, & amore peccati. t.7. n.585
Lib. arb. vt consequatur, quod eligit, &c. Dei esse libere confitemur. t.3.n.140
Lib. arb. vt sit ad rectè faciendum gratia Dei liberatur. t.1. n.26.

M

MAgister verus, qui neminem fallit, verax doctor idemque saluator non ait, sine me facere potestis aliquid, sed facilius per me, non ait fructum vestrum sine me potestis aliquid facere, sed vberiorem per me, sed dixit, sine me nihil potestis facere. t.10. n.215.
Mandata dicit Pelagius impleri diuina tria constituit scilicet possibilitatem, voluntatem, & actionem, possibilitatem, qua homo potest esse iustus voluntatem, qua vult esse iustus, actionem, qua iustus est, gratia Dei non ista duo, scilicet voluntatem, & actionem adiuuat, sed primum, scilicet possibilitatem, sed hoc est, contra Apostolum, qui dicit Deus operatur in nobis posse, velle, & operari contra Pelag. t. 7. n. 519.
Mandata quæ concupiuit, per misericordiam eius faciat, qui ea mandauit. t. 8. n. 933.

Men-

M E

Mendacium, qui loquitur, de suo loquitur, nemo habet de suo, nisi mendacium, & peccatum, qui loquitur veritatem non de suo liquitur. t. 9. n. 26. & 27.

Mendaciter petuntur si ea non adiuuante eius gratia facere possimus t. 6. n. 575.

Mendacium qui loquitur de suo loquitur. omne peccatū mendacium est. Io. 8. 1. qui peccat de suo peccat, & qui loquitur veritatem de Deo loquitur, Deus veritas est, Psal. 115. t. 8. n. 703.

Mendacium qui loquitur omnes perdet, sed non omne mendacium quando vniuersaliter, omnia mendacia circumcisa sunt in eo, quod dictum est, & nihil falsum de ore ipsius procedit. t. 4. n. 17.

Merces debetur bonis operibus si fiant, sed gratia, quæ non debetur præcedit, vt fiat. t. 3. n. 297. & 754.

Merces imputatur secundum gratiam, gratia enim, gratis datur, ideo gratia vocatur, & sic nulla merita præcesserunt tua, aliter imputatur secundum debitum, quod nō est dicendum, quia te vis laudare non Deum, & ideo non agnoscis Christum, qui venit cum gratia Dei, merita autem tua mala fuisse, & si non tibi deberentur, nisi supplicium, non præmium. t. 8. n. 331.

M I E

Merita bona tua Deus non coronat tanquam merita tua, sed tanquam dona sua, quia Dei sunt dona merita tua. t. 7. n. 890.

Merita, & omnia opera sanctorum ad Dei gloriam laudēque referenda sunt. t. 3. n. 141.

Merita hominum, pro quibus agimus, qualia sint apud Dominum, non nouimus, qui si ad tempus expediat, aut nulla, aut tenuissima, & incertissima coniectura suspicamur potius, quam comprehendimus, &c. t. 4. n. 646.

Merita illorum mala erant, sed tu propter misericordiam tuam, quia ita est præparatio tua, parasti cibum illorū nihil enim promeruerunt, quibus peccata donasti. t. 8. n. 459.

Me-

Merita nostra, quandò Deus nulla inuenit, sorte voluntatis suæ nos saluos fecit, quia voluit, non quia digni sumus, seu fuimus. t. 8. n. 117.

Merita omnia hominis ab ipsius gratia præueniri, per quam fit, vt aliquid boni, & velle incipiamus, & facere, non dubitamus. t. 3. n. 142.

Merita per auxilium gratiæ, labor indultus est in præsenti vita, vt fiunt, non præmissorum reditio meritorum. t. 7. n. 944.

Merita, quæ dicuntur nostra dona sunt Dei. t. 3. n. 294.

Merita quibus redditur vita æterna, non à nobis parata sunt per nostram sufficientiam, sed in nobis facta per gratiam, etiam ipsa gratia nuncupatur, non ob aliud, nisi quia gratis datur, nec ideo, quia meritis non datur, sed quia data sunt, & ipsa merita, quibus dantur. t. 2. n. 301.

Merita tua Deus non coronat, tanquam merita tua, sed coronat illa tãquam dona sua, quia Dei sunt. t. 7. n. 890.

Merita tua nusquam iactes quia & ipsa tua merita illius dona sunt, & sic tutum de misericordia eius est. t. 8. n. 1149.

Merita vniuersa sanctorum, & iustorum dona Dei sunt, & Dei gratia, etiam, coronantur. t. 7. n. 861.

Meritis bonis nullis præcedentibus, saluos nos facit, pro nihilo, immo talia præcesserant merita, de quibus damnaremur, nihil boni attulit, & saluus factus est. t. 8. n. 376.

Meritis malis si vis, & bona dicis, nondum laudas, rursum si cum cæperis benè viuere, & meritis tuis tribuas, quod bene viuis, nondum laudas, idest laudem esse non deputas, &c. t. 8. n. 330.

Meritis nostris infirmi sumus, misericordia Dei robusti sumus. t. 8. n. 669.

Meritis nostris, neque nos peruenimus ad misericordiam Dei, sed Dominus memor fuit nostri, & benedixit nobis. t. 8. n. 900.

Meritis nullis præcedentibus beneficia Dei collata sunt nobis

bis si peccata nostra, nobis aut non nominantur, aut si fortè surrepserint, cito per pœnitentiam corriguntur. t. 10. n. 514.

Meritis nullis præcedentibus bonis, & fidem, & amorem sui prius inspirat, vt & baptismi sacramenta fideliter requiramus, & post baptismum cum ipsius adiutorio, ea, quæ sibi sunt placita implere possimus, non tamen nos incipimus; vt male opinantur aliqui. t. 3. n. 144

Meritis nullis precedentibus detenebris producti sumus ad lucem, & de morte ad vitã reuocati, de multis erroribus in viam reducti curramus, dum lucem habemus. t. 10. n. 753.

Meritis nullis præcedentibus, per gratiam Dei meruimus fieri templum Dei, quantum possimus cum ipsius adiutorio laboremus, nè Dominus noster in templo suo, scilicet in nobis inueniat, quod oculos suæ maiestatis offendat. t. 10. n. 821.

Meritis præcedentibus nemo iustificatur, neminem ra-

mem obdurat, nisi merito nouerit; piè namque, & velociter creditur Deus nocentes iustificando à pœnis debitis liberare. t. 2. n. 313

Meritis præcedentibus nullus saluatur, nè gratia non sit gratia, quo dicit, omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam, ac per hoc non ideo est ex veritate, quia audit eius vocem, sed ideo audit, quia ex veritate est, quia illi hoc donum collatum est. t. 3. n. 757.

Meritis suis, qui præmia tanquam debita expectant, nec ipsa merita Dei, gratiæ tribuunt, sed viribus propriæ voluntatis, in legem iustitiæ non perueniunt, quia non ex fide, ex qua est iustitia. t. 2. n. 330.

Merito peccati, sicut tanquam stipendium redditur mors, ita meritò iustitiæ, tanquam stipendium vita æterna, iustus ex fide viuit. t. 2. n. 302.

Meritorum diuersitate, quamuis fulgebunt alius maius, alius minus, quod tamen ad vitam æternam pertinet, æqualis

æqualis erit omnibus, non autem alteri erit longior, alteri breuior alio modo ibi erit castitas coniugalis, alio modo integritas virginalis, alio modo fructus boni operis. t.10. n.150

Meritum hominis gratia est, cuius præmium erit beatitudo eius, iustitiam quippe dare sibi non potest, quam perditam non habet, hac homo cum conderetur accepit, & peccando perdidit. t.3.n. 341.

Meritum hominis, quod est ante gratiam, quo merito percipiat gratiam, cum omne meritum nostrum, non in nobis faciat, nisi gratia, & cum Deus coronat merita nostra, nil aliud coronat, quam munera sua. t.2. n. 301.

Meritum innocentiæ paruulis non potest esse, antequam aliquid nocere possint, ideo si affliguntur eorum corporum, quorum nulla peccata sunt per ætatem si animæ affliguntur, non est quærenda causa in Deo. t. 1. n. 486

Meritum iustorum dum tiranni contemnunt imperium licet sanctis pueris in fornace Deum venerari, quem igne iocari, quibus cum hominibus non licuit commorari licet flammarum meriti obsequia, qui non meruerat Caldæorum obsequia supplicia. t.10. n.799

Meritum malum est in hominibus, tam in paruulis, quam in maioribus præcedens iudicia Dei, vt iusto eius iudicio puniantur. t.7.n.936

Meritum misericordiæ, quærimus, nec inuenimus, quia nullum est, nè gratia euacuetur, si non gratis donatur, sed meritis reditur. t.2. n. 300.

Meritum nullum habet peccator, qui adhuc iustificari desiderat credens in eum, qui iustificat impium misericors auxilium ibi est. t.8.n.19

Meritum nostrum, non dat ad Christum fiduciam, sed misericordia eius! t.8.n.669

Meritum pœnæ peccatum est, meritum præmij rectè factũ est. Nec peccatum, nec rectè factum imputari cuique iusto potest, qui nihil fecerit

M E

propria voluntate. t.4.n. 381.

Meritum redditur iustis secundum opera sua, quorum per totum sæculi vitam meritum omne fuit gratia, vt gaudentes, iam merito dicunt, animæ suę. Benedic anima mea Dominum, & noli obliuiſci omnes retributiones eius, Pſal. 102. t.7.n. 944.

M I

Miseretur cui vult, & quem vult indurat, ideſt quaſi diceretur, cui vult donat, & à quo vult debitum poſcit, &c. t.7. n. 816.

Miſericordia Dei eſt, præueniens voluntatem hominis, quæ ſi non eſſet, non præpararetur, voluntas à Domino, & ad eam pertinet, ſcilicet miſericordiam, & ipſa vocatio, quæ etiam fidem præuenit. t.1. n.28.& 24

Miſericordia dicitur, quia non merita noſtra attendit Deus, ſed bonitatem ſuam, vt peccata nobis omnia dimitteret & vitam æternam promitteret. t.8.n.423

Miſericordiam conſecutus, vt

M I

fidelis eſſem, non dixit miſericordiam conſecutus ſum, quia fidelis eſſem, ſed vt fidelis eſſem. 1. Tim.1. 1.24. t.7. n. 891.

Miſericordiã conſecutus ſum, vt fidelis eſſem, & data eſt, vt eſſem fidelis. t1.n.24

Miſericordiam cum iuſtitia iuſtis, & iniuſtis, ſemper agit omnipotens Deus, quia beatis dat gloriam, quam non merentur, quibuſcunque bonis commiſſis habere, & malis dat pœnam, quam maiorem merentur habere, de malis commiſſis. t. 10. n.919.

Miſericordia motus eſt, quia in eo, qui incidit, in latrones, quo curari dignus eſſet meritum Sammaritanus, ideſt Chriſtus nullum inuenit. t.7.n.938.

Miſericordia præcedenti merito fidei tribuuntur, & obduratio præcedenti impietati. t.4.n.853.

M O

Mori carni eſt amittere vitam carnis, mori animæ eſt amittere vitam animæ, vita carnis tuæ anima eſt vita animæ

Deus

Deus est. t. 9. n. 236
Mori in potestate hominis, sed ad vitam retinendam voluntas non satis est, si adiutoria desint. t. 3. n. 134
Mors animæ fit, per separationem gratiæ, mors corporis fit per separationem animæ à corpore. t. 9. n. 218
Mors animæ præcessit deserente Deo, & mors corporis consecuta est, deserente anima. t. 10. n. 278
Mors duplex, scilicet animæ, & corporis, mors animæ dicitur mors æterna, mors gehennæ mors corporis fit per separationem animæ à corpore, mors animæ fit per separationem gratiæ ab anima. t. 9. n. 218
Mors vera, quam timent homines, est separatio animæ à corpore, & plerumq; cum timent homines mortem istã, quæ separat animam à corpore incidunt in illam vbi anima separatur à Deo. t. 10. n. 1014.
Mortis, itaque prædestinatio sub conditione fixa fuit in Deo propter casus humani præscientiam, non tamen

vim faciens in homine, per potentiam, vt duceret cum ad mortis sententiam. t. 7. n. 884.
Mortis regnum, sola in quolibet homine gratia destruit salutoris, quæ operata est etiam in antiquis sanctis, quicunque antequam in carne Christus veniret, ad eius tamen adiuuantem gratiam non ad legis litteram, quæ iubere tantum non adiuuare potetat pertinebat, quod occultabatur in veteri testamento. t. 7. n. 445.
Mortui sunt omnes infideles, &c. t. 8. n. 528
Mors Christi est meritum nostrum, & refugium nostrum, salus, vita, & resurrectio nostra meritum nostrum miseratio Domini. t. 9. n. 549
Mortui cum essetis delictis, & præputio carnis vestræ conuiuificauit, cum illo donans nobis omnia delicta delens, quod aduersus nos erat Chirographum decreti, quod erat contrarium nobis tollens illud de medio, & affigens illud cruci, &c. t. 8. n. 457
Motus ille auersionis, quod fatemur

MV MV NA NA

temur esse peccatum defectiuus motus est, omnis autem defectus ex nihilo est, qui autem defectus, quia est voluntarius in nostra est positus potestate. t. 1. n. 464.

MV

Mundos nos esse non posse, nisi per ablutionem cælestis misericordiæ emundationem consequatur, post demutationem resurrectionis terreni corporis nostri effecta gloriosiore natura. t. 7. n. 666

Mutatis proinde sacramentis posteaquam veni, qui significabatur esse venturus, non tamen mutato mediatoris auxilio. t. 7. n. 544

Murmuratores non simus, nec stulta loquamur, lingua dolosa, sed cum Dei adiutorio, sine cuius voluntate, & nutu folium non mouetur arboris murmuratio procul sit à nobis. t. 10. n. 944.

NA

NAtura hominum proprio arbitrio remissa, & demissa est, vt possit facere, quod vult, &c. t. 4. n. 497.

Natura humana etiam si in illa integritate in qua est condita permaneret, nullo modo seipsam, creatore non adiuuante seruaret. t. 3. n. 144

Natura humana vitiata, atque mutata est, ex damnatione iusta primi hominis, vt repugnantem pateretur in membris inobedientia concupiscendi, & obstringeretur necessitate moriendi, nisi per mediatoris Christi gratiam soluantur. t. 5. n. 230

Natura humana etiam si in illa integritate in qua condita est permaneret nullo modo seipsam creatore suo non adiuuante seruaret, &c. t. 2. n. 317.

Natura humana, & si in illa integritate in qua condita est maneret, nullo modo seipsam creatore suo non adiuuante seruaret, vnde cum sine Dei gratia salutem non posset seruare, quam accepit, quomodo sine Dei gratia potest recuperare, quod perdidit. t. 3. n. 754

Natu-

NOA

Natura laudatur in vno homine, & intentio vituperatur, quia duo sunt, quæ contrarijs applicantur, sed etiam in paruulo, non vnum est tantum, ideſt natura, ſed habet, & vitium, quod per vnum in omnes homines, per trãſijt, natura aſcribitur Deo vitium Diabolo. t. 7. n. 579.

Natura perdidit libertatem per peccatum, quam ſibi dari exoptat. t. 7. n. 512.

Naturalis poſſibilitas, ſi per lib. arb. & ad cognoſcendum, quomodo viuere debeat, & ad bene viuendum ſufficit ſibi ergo Chriſtus gratis mortuus eſt, ergo euacuatum eſt, ſcandalum crucis. t. 7. n. 507.

Naturæ humanæ auctor eſt Deus, vitij autem Diabolus, ex quo vitio trahitur originale peccatum. t. 7. n. 568.

Naturæ humanæ tanta gloria nullis præcedentibus meritis ſine dubitatione gratuita, ex quo homo cæpit eſſe, nõ aliud cæpit eſſe, quam Dei filius, qui caro factus eſt

NOE

Chriſtus vnica perſona verbum, & homo ſicut anima rationalis, & caro. t. 3. n. 116.

NE

Nemo bene operatur, niſi fides præceſſerit. t. 10. n. 566.

Nemo conuertitur ad iuſtitiã, niſi operante gratia ſanetur iuſtitiæ pace nemo perfruitur. t. 7. n. 447.

Nemo eſt, qui ſe immeritum pati aliquid aſperum dicat, quia ſi non factis, ſaltem verbis peccatur, etſi non verbis ſaltem temeraria præſumptione intus in corde, vel ſermonibus cogitationum, quæ Deum, non latent. & ibi nemo flagellatus dicat indigne ſe accipere diſciplinã, quaſi vltra non ſit, quo per illam profecit. t. 4. n. 914.

Nemo habet de ſuo, niſi peccatum, & mendacium, ſi quid autem homo habet veritatis, atque iuſtitiæ, ab illo fonte eſt, quem debemus ſitire, in hac eremo, vt ex eo, quaſi quibuſdam guttis itinerari non deficiamus in via, &c. t. 3. n. 322. & 754.

Nemo

N E I & O

Nemo sibi arroget aliquid nemo habet aliquid boni, nisi ab illo accipiat, qui solus bonus est. t. 8. n. 1018

Nè præsumas ad regnum de iustitia tua, nè præsumas ad peccandum de misericordia Dei. Prouerb. 4. t. 8. n. 124.

Nemo habet de suo, nisi mendacium, & peccatum, & qui loquitur veritatem non de suo loquitur. t. 9. n. 26

N I

Nihil agitur sine gratia adiuuante. t. 3. n. 161

Nihil est tam arduum, atque difficile, quod non Deo adiuuante planissimum, atque expeditissimum fiat. t. 1. n. 438.

N O

Nobilitas corporalis, atque opulentia hominum intelliguntur non sua, spirituales vero diuitias, non nisi ex te, est hæresis Pelagiana, & contra Apostolum. 2. Cor. 4. & in multis locis. t. 2. n. 430.

Non dicimus esse in potestate nostra, nisi, quod cum volumus fit, vbi prius, & maximè est ipsum velle. t. 1. n. 29.

Non enim, quod volo, facio bonum, sed quod odi malum, hoc ago. t. 7. n. 510

Non est desperandum de malis sed pro ipsis, vt boni fiant studiosius supplicandum, quia numerus sanctorum semper de numero impiorũ auctus est. t. 3. n. 749

Non ex operibus, sed ex veritate vocante, nè ipsorum non sit, non Dei, & merces non imputetur, secundum gratiam, sed secundum debitum, atque ita gratia non iam sit gratia. t. 3. n. 746.

Non gratia ex merito, sed meritum ex gratia. t. 4. n. 722.

Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, & ideo misericordia, Dei opus est, quæ superexaltat iudicium. t. 7. n. 468. & 472.

Non merita hominum, sed ad Dei misericordiam pertinet cum ex illa massa primi hominis cui mors merito debetur, quisque liberatur, &c. t. 3. n. 307. & 757.

Non

N O M O

Non quod volo bonum, hoc facio, &c. t. 10. n. 462

Non volentis, neque currentis, sed Dei miserantis est, vbi nunc merita, vbi opera præ te vita, vel futura, tanquam lib. arb. viribus ad impleta, vel adimplenda. t. 2. n. 305. & 306.

Nos Deo iubente ea, quæ volumus bona agimus, quoniã quæ possumus volumus bona dumtaxat. Nam mala in potestate nostra sunt, quę in voluntate esse non debent &c. t. 4. n. 438

Nostrum est donante ipso ministerium charitatis, & humilitatis adhibere illius est exaudire, & nos ab omni contagione mundare peccatorum. t. 9. n. 275. & 274

Nostrum est velle, & credere, illius autem est dare, credentibus, & volentibus facultatem bene operandi per spiritum sanctum, per quem charitas diffunditur in cordibus nostris, sed eadem regula vtrumque ipsius est, quia ipse præparat voluntatem, vtrumque, quia non fit, nisi volentibus nobis. t. 1. n. 24.

N O & V

Nos non sumus sub lege, sed sub gratia, legem per seruum misit, gratiam vere per filiũ. t. 9. n. 14.

N V

Nudum operire in quantum non est ex fide peccatum est, non quia per seipsum factum, quod est nudum operire peccatum est, sed de tali opere non in Domino gloriari solos impius negat esse peccatum. t. 7. n. 705

Nullo autem dubitante quisquis à Domino in bono perseueraret præcatur, donum eius esse perseuerantiam tõ fitemur. t. 7. n. 907

Nullus miser de qualicunque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordia præuenitur. t. 3. n. 211. & 750

Nullum tibi bonum, vel sentienti, vel intelligenti, vel quoquo modo cogitanti occurrat, quod non sit, ex Deo, ita etiam nulla natura occurrit, quæ sit ex Deo. t. 1. n. 464.

Nullus saluatur nisi Deo auctore. t. 3. n. 145

Nunquid in Adam natura ista

NVO B & C

sic condita est? absit, sed in illo vitiata est, & in omnes cucurrit, & currit, à qua non liberatur nisi gratia Christi. t.7.n.568

Nuptiarum donum esse Dei, ac benedictionem, nullo modo dubitamus crescere, & multiplicari, & implere terram, quas Deus instituit ante peccatum hominis. t.5.n.262

O B

OBedientia commendata est in præcepto, quæ virtus in creatura rationali mater est, quodammodo omnium, iustosque virtutis, quãdo quidem sic facta est, vt ei subditam esse sit vtile, perniciosum autem suam nõ eius à quo creata est facere voluntatem. t.5.n.256

O C

Oculi quantumcunque sani, si desit, eis lux, nullo modo possunt videre lib arb. si desit gratia nullum bonum facere potest. t.2.n.317

Oculus animæ mens est ab omni labe corporis pura, id est, cupiditatibus rerum inortalium, iam remota, atque purgata; quod ei nihil aliud præstat, quam fides primo. t.1.n.362.

O M

Omne quod non est ex fide: peccatum est. t.2.n.432 & t.7.n.702.

Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei iustificati gratis, per sanguinem ipsius, quia gratis ideo gratia. t.8.n.62.

Omnis sancti ædificij status, sicut Deo operante proficit, ita Deo custodiente consistit. t.3.n.36, & 745

Omnia, quæ ad mores nostros pertinent, quibus rectè viuimus, à patre nostro, qui in cælis est, esse poscenda, ne de lib. præsumentes arb. à diuina gratia decidamus. t.2.n.196.

O P

Opera bona incipiunt ex quo iustificamur, non quia præcesserũt iustificamur, & hæc est profunditas. t.2.n.393

Opera à quibus requiescit die septimo, remota sunt à sensibus nostris, & ab vsu cognitionis humanæ, prius ex diuina

uina auctoritate credenda sunt, deinde, per hæc quæ nota sunt, vtcunque noscenda diuinitus adiutus. t. 3. n. 406.

Opera bona maximè in officijs misericordiæ, frequentari solent, opera vero misericordiæ ni hil possunt, siue Paganis, siue Iudæis, qui Christo non credunt, siue quibuscunque Hæreticis, vel schismaticis, vbi fides, & dilectio, & sobria sanctificatio non inuenitur. t. 3. n. 282.

Opera bona nemo computat ante fidem, vbi fides non erat bonum opus, intentio facit, intentionem fides dirigit. t. 8. n. 125

Opera bona, per dilectionem fiunt, dilectio autem est in nobis, per donum spiritus sancti, & sic opera bona, ipse largitur, cum dat spiritum sanctum. t. 4. n. 852

Opera bona qui agit sine humilitate in ventum puluere pulueremportat. t. 10. n. 760.

Opera bona, qui sine humilitate agit, in vento puluerem portat. t. 10. n. 1012 & 1013.

Opera Domini, non sic sunt constituta, vt creatura in arbitrio libero constituta, creatoris superet voluntatem, etiam si contra eius faciat voluntatem. t. 8. n. 887

Opera enim eorum narramus, sed tu es, qui operaris in eis, vt operentur animam viuam, &c. t. 1. n. 161

Opera ex gratia, non autem gratia ex operibus bonis, quoniam fides, quæ per dilectionem operatur, nihil operatur, nisi ipsa dilectio Dei diffundatur in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis. t. 2. n. 309.

Opera iustitiæ non sufficiunt ad perfectæ beatitudinis meritum, nisi misericordia Dei etiam in hac iustitiæ voluntate humanarum demutationum, & motuum non reputet vitium. t. 7. n. 667.

Opera non sunt bona, nisi quæ per fidem, & dilectionem fiunt, quia alterum sine altero nullius virtutis fructum

OPE&OR

parit. t.3.n.224. & 750
Opera sine charitate omnia in fructuosa sunt, quæ prodest ad remissionem peccatorũ; & ad sanctificationem vitæ: t.7. n.264.
Operibus debitũ redditur gratia vero gratis datur, vnde nuncupatur: t.2.n.310
Optandum; vt omnes diligant Deum. t.3. n. 11
Opus bonum tũc vere est, cum à charitate iaculatur agentis intentio, & tanquam ad locum suum rediens, rursus in charitate requiescit: t. 4. n. 645.

OR

Oramus, vt peccatores tentationes superare possimus, vt spiritus Dei, vnde pignus, accepimus adiuuet infirmitatem nostram. Ne nos inferas in tentationem, non orat vt habeat naturã neq. vt habeat lib. arb. sed vt non peccet. 2. Cor. 13. t. 2. n. 277.
Orandum est pro inimicis nostris, qui nondum in Christum crediderunt, vt credant, quod inaniter fieret, nisi Ecclesia crederet etiam mãlas, atque in fidelium ho

ORA&PA

minum voluntates, per Dei gratiam, in bonum posse cõuerti, & ita incipiamus. t.2 n.106.
Oratio dominicalis, scilicet, & nè nos inducas in tentationem inanis esset ex dictis Pelagij, & Cælestij, &c. t. 2. n.276.
Orat pro inimicis, non quia illis est voluntas bona, sed vt conuertatur in bonam voluntatem voluntas mala, quam præparatur voluntas à Domino. t.7.n.699

PA

PAruuli cum baptizantur in Christo, de potestate tenebrarum eruuntur, hoc opus est gratiæ, non naturæ, scilicet libere de potestate tenebrarum. t.2. n. 321.
Paruulorum nulla merita potestis asserere; per quæ discernantur, qui eorum in Dei filios adoptantur ab eis, qui sine huius gratiæ consecutione moriuntur. t. 7. n. 708.
Paruulos à partu etiam recentissimos ipsa sacramenta san

ctæ

P A

& Ecclesię indicat per Christi gratiam de Diaboli seruitio liberari. t.7.n.547

Paruulus nullus, nisi renatus ex aqua, & spiritu sancto intrat in regnum cęlorum, non accepto regenerationis lauacro, vti nulla merita præcesserunt. t.2.n.304

Paruum valde sensum habemus ad discutiendum iustitiam iudiciorum Dei, ad discutiendam gratia gratuitam nullis meritis præcedentibus, cum præstetur indignis, quã cum æquæ indignis alijs denegatur, &c. t.7.450

Pastor bonus quærens salutem animarum compatitur peccanti, & auxilium diuinę medicinæ precibus postulat infirmanti, clamatque quotidie indefessa voce pastor bonus, qui animam suam ponere non destitit pro ouibus suis, dicens sana eas, & hoc est auxilium præstans. t. 10. 944.

Patientiam, qui tribuunt viribus voluntatis humanæ, non quas habent ex diuino adiutorio, sed quas ex lib. arb. error autem iste superbus

P A

non est patientia pauperum, quæ non perit in æternum. t.4. n.720.

Patientiam si donum Dei esse negauerimus, cogamur fateri sine adiutorio, & munere Dei in voluntatem hominis esse posse aliquid boni, quod est falsum, t. 4. n.724.

Patientiæ, quæ vera est, ideo voluntas humana non sufficit, nisi desuper adiuta, & inflammata, quia spiritus sanctus est ignis eius, quo nisi accensa diligat impassibile bonum ferre non potest, quod patitur malum. t.4.721

Pauor in morte est ex humana infirmitate, spes ex diuina promissione quod paues tuũ est, quod speras donum Dei est: t.8.107

Pax concordia fratrum est Ecc.29. amor proximorum, & vir, & mulier consentientes sibi, & dicitur voluntas Dei. t.10. n.691.

P E

Peccando iniustæ aliqui nocẽt, & si voluntas iniuria eis imputatur, potestas tamen, qua nocere permittũtur non est,

est, nisi à Deo. t.6.n.384
Peccantibus si non consensistis diuinæ gratiæ nè amitteretur diuinum accessit auxilium, humanę gloriæ nè admitteretur humanum successit opprobrium. In vtroque consolamini pusillanimes, illinc probatæ, hinc castigatę, illinc iustificatę, hinc emendatę. t.5.n.20
Peccata hominibus si non dimiseritis, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra, si vero dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis pater vester cælestis peccata vestra, in potestate nostra positum est qualiter in die iudicij iudicemur. t.10.n.290.
Peccata ideo dicuntur, quia ignorans quisque non rectè facit, & quod rectè facere non potest, hoc est, quia de peccato illo liberè voluntatis originē ducunt, illud enim præcedens meruit ista sequentia, sicut linguam dicimus non solum membrum, quod mouetur in ore, dum loquimur, sed etiā illud, quod huius membri motum consequitur, secundum quem modum dicimus linguarum alia Græca, alia latina, sic etiam dicendum de peccato t.11.n.481
Peccata non aufert, nisi gratia fidei quę per dilectionem operatur. t.4.n.858
Peccata non dimittit, nisi charitas, tolle charitatem de corde odiū, tenet ignoscere nō nouit. t.9.n.425
Peccata non medicis corporalibus, sed gratia Christi curantur. t.7.n.734
Peccata omnia homo cogitabit sic habenda tanquam dimittantur, tenens autem fuit vocis piarum deprecationum, in S. Scripturis, quibus ostenditur, quæ præcipiuntur à Deo non fieri, nisi dante atque adiuuante, qui præcepit fieri t.6.n.575
Peccata sola separant inter homines, & Deum: quę soluuntur Christi gratia, per quem mediatorem reconciliamur cum iustificat impiū t.7.n.449
Peccata tu potes habere, fructū bonum non potes habere, nisi ille dederit cui confiteris

P E

t.8.n.644.

Peccata vt homini dimitterentur, & in nostra vita per eũ qui pro te sanguinẽ fudisset & reconciliaretur Deo opus sibi esse gratiam, & misericordiam Domini. t.4.n.868

Peccare nostrum est, sed non peccare non est tantummodo nostrum, sed ibi est adiutorium Dei, & tanquam sanis lumen oculis, quo adiuti videant se prẽbere volentibus. t.7.n.110

Peccare qui consueuit sepultus est, & bene de illo dicitur fetet, incipit enim habere pessimam famam. t.9.n.243

Peccati consuetudinẽ difficillimum est vincere, & tamen etiam ipsius consuetudines, si se quisque non deserat, & christianam militiam non reformidet, illo duce, atque adiutore superabit. t.4.n.793.

Peccati initium ex Adam factũ est, quod imitati cæteri sunt, & per gratiam liberati, & iustificati sunt. t.2.n.259

Peccatis non ideo sunt impleta, quia peccatum est, cum bonorum longe maior numerus in cælestibus suæ naturæ ordines seruet, nec mala voluntas, quia natura ordines seruare voluit, ideo iusti Dei leges omnia bene ordinatis effugit. t.5.n.203

Peccatis suis homo meruit, vt non intelligeret: & tamen hoc ei misericorditer factum est, vt peccata sua cognosceret, & conuersus veniam mereretur. t.4.n.261

Peccat nemo corpore moriendo, sed ad peccatum valet mors animæ, quam deseruit vita sua, scilicet Deus eius, quæ necesse est, mortua opera faciat donec Christi gratia reuiuiscat. t.7.n.501

Peccati vinculum non te in æternum tenebit, quia mortẽ suam æternam occidit, mors temporalis Domini Dei sui, ipsa est gratia, & veritas t.9.n.18

Peccat quis in eo, quod caueri non potest peccatum autem cauere potest, agnosco verba mea sunt, sed Dei gratia quippe agitur Dei quæ nobis per mediatorem medicina opitulatur de impossibilitate

PE

tate iustitiæ. t.7. n.517

Peccato primi hominis obnoxium nasci genus humanum nisi per iustitiam secundi hominis aliquem liberari. t.7. n. 841.

Peccato, qui mortui sumus, quo modo in eo? Hoc est cum id præstiterit gratiam, vt moreretur peccato, quid aliud faciemus, si viuemus in eo nisi vt gratiæ simus ingrati. t.3.n.573

Peccatorem te noueris primâ intelligentia, consequens in intelligentia est, vt vi ex fide per dilectionem bene ceperis operari, nè hoc viribus tuis. Sed gratiæ Dei deputaueris. t. 8.n. 129

Peccatores impij dona Dei habent, per eum, qui illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum, in eo enim, sumus, mouemur & viuimus. t. 3.n.738

Peccatores omnes fuerunt; nemo ex bono venit ad Christū omnes peccauerunt. Sed credendo iustificantur, perfecta iustitia non erit: nisi in illa vita mores boni ad profectus ad ipso inspirātur, ab

PE

ipso donātur noli tua merita computare. t. 8.n. 470

Peccator quam difficile surgit quem moles, male consuetudinis præmit: Sed tamen surgit occulta gratia intus viuificans surgit, post vocem magnam. t.9. n. 248.

Peccator quando consentit mortuus iacet, & sepultus iacet quando confitetur, Deus facit magna voce clamando, idest magna gratia vocando, & ministris iubet, vt eū soluant &c. t. 9.n. 249

Peccator relinquit Deum, sed Deus non relinquit peccatores. &c. t. 1. n. 72.

Peccator tunc vincitur dum viribus suis iustè viuendo conatur sinè adiutorio liberātes gratiæ Dei t. 4. n. 848

Peccator suo peccato homo mendax est dono vero Dei verax est t.8. n.905.

Peccatori data est venia, datus est spiritus, & spes iustificationis, data est charitas & dilectio in qua omnia bona facias & super facias hęc dabit vitā æternam & societatē Angelorum. t. 8. n. 1149

Peccatorum si nobis detur indul-

P E

dulgentia manifestum est, quod voluntate peccamus, non necessitate, satis enim stultum est ignoscere ei, qui nihil mali fecit, qui nihil sua voluntate fecit. t.6. n. 112. & 113.

Peccatum Adæ sine gratia Dei, idest per se solum sanari non potest, nec sponte ad paradisum reuerti, sanctorum numero sociandus, nec eum gratia merentis vllis accipere, sed totum sua misericordia Deum peragere. t.7. n.937.

Peccatum ad mortem puto esse, cum post agnitionem Dei per gratiam Domini nostri Iesu Christi, quisque oppugnat fraternitatem, & aduersus gratiam, qua reconciliatus est Deo inuidentię facibus agitatur. t.10. n. 501

Peccatum autem caueri igitur potest, sed hoc retractatum fuit, lib. 1. retract. c. 1. potest caueri peccatum præsupposita gratia, & tamen per ignorantiam facta quædam improbatur, sicut diuinis legimus auctoritatibus. Misericordiam consecutus sum

P E

quia ignorans feci. t.1. n. 481.

Peccatum, & iniquitatem oderis, vt iungas te Deo, qui tecum illud oderit, & si carne propterea, seruis legi peccati, quia sunt in te delectationis quædam carnales, tũc nullę erunt. t.8. n. 180

Peccatum ex concupiscentia carnis in nuptijs, seu coniugibus licet in regeneratis nõ deputetur, tamen naturæ non accedit, nisi de peccato, & ex tali concupiscentia carnis, tanquam filia peccati nascitur proles originali obligata peccato, nisi in illo renascatur, quem sanè ista concupiscentia virgo concepit. t.7.n.558

Peccatum ideo dominatur eis, quia sub lege erant, non sub gratia, a quo peccato homo non fit liber. lege, sed gratia. t.7. n.894

Peccatum iniquitas est, venundatus clamat, redemptor exaudiat, ipse homo se vendidit per lib. arb. t.10. n. 208.

Peccatum meum per bonum mihi operatur mortem, nisi

adiuuetur gratia Dei. t. 8. n. 916.

Peccatum non est naturale, sed est naturæ vitiatæ, vnde facti sumus natura filij iræ, parumque est ad non peccandum voluntatis arb. nisi adiuta sanetur gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum. t. 7. n. 965

Peccatum originale, & illa prima confusio, quæ inobedientia carnis fuit dissentientis ab anima quamquam discordiam sanet gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum, ex quo caro concupiscit aduersus spiritũ. t. 7. n. 660. 540. & 549.

Peccatum peccato, quamdiu connectis ligas te, solue à peccatis, sed non potes, veniet gratia Dei, vt delectet te iustitia, sicut delectabat iniquitas. t. 8. n. 391

Peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam, à quo liberat gratia Spiritus sancti, per Iesum Christum Dominum nostrum, quæ diffusa in cordibus nostris, donat iustitiæ dilectionem, qua immoderatio concupiscentiæ superatur. t. 4. n. 55.

Peccatum potest caueri præsupposita gratia. t. 1. n. 481

Peccatum potest caueri, sed opitulante illo, qui non potest falli dimitte nobis debita nostra. t. 7. n. 517.

Peccatum tãtum quisque odit, quantum iustitiam diligit, quod non poterit lege torrente per litteram, sed spiritu sanante per gratiam. t. 2. n. 434.

Peccatum, seu malum potest à voluntate separari, vel à substantia non humanæ facilè est voluntati, sed misericordia Dei. t. 7. n. 642

Peccatum si non habes illius beneficium est, cui dixisti. Domine miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi. Psal. 40. t. 9. n. 809

Peccatum tolle, quod est tuum, iustitia de meo est. t. 9. n. 244.

Peccatum vitari posse, si natura vitiata sanetur gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. t. 7. n. 965

Peccauerunt enim omnes cum ex vno peccatore omnes nasci-

P E

scimur peccares, & egent gloria, id est gratia Dei Patris per Iesum Christum, qui est Patris. t. 7. n. 932

Peccauerunt omnes in Adam in quo omnium hominum præformata, est natura eadem que sententia, quam ille accepit obstricti sunt, neque ab hoc vinculo, etiam si propriis peccatis careant resoluuntur, nisi sacramento mortis, & resurrectionis Christi per Spiritum sanctum renascantur. t. 7. n. 922

Pelagiana hæresis ab Episcopis sanctæ Romanæ Eccl. condemnata, quæ cū omnibus. Inferioribus hæresibus reprobantur à S. P. Augustino in compendio, sub eisdem numeris, & tom. t. 1. n. 40

Pelagianas hæresim narrat, scilicet, quod Deus constituerit nullum in regnum suum per sacramentum regenerationis assumerem, & ad hoc salutis donum omnes homines vniuersaliter, siue per naturalem, siue per scriptam legem, siue per euangelicam prædestinationem vocari. t. 7. n. 834.

P E

Pelagiana hæresis, & cœlestiana, tu nos fecisti homines iustos autem ipsi nos facimus absque gratia Dei. t. 2. n. 276.

Pelagianæ prauitatis reliquijs non mediocris virulentiæ fibra nutritur, si principium salutis male in homine collocatur, si diuinæ voluntati impię voluntas humana præfertur. t. 7. n. 836

Pelagiani sunt inimici gratiæ Dei, quæ venit per Iesum Christum Dominum nostrū, vt eam dicant nō gratiam, sed secundum merita nostra dari. Paruulos autem ita contendunt esse iā saluos, vt saluatoris audeant negare saluandos, & hæc execrabilia dogmata tenent. t. 7. n. 596.

Pelagianorum duos esse errores faciunt, quibus, ipsi anathematizandi sunt, primum, quod catholicos Manicheorum nomine criminantur, secundum quod etiam ipsi hæresim noui erroris inducunt. t. 7. n. 596

Pelagianorum errorem Papa Inn. damnauit, similiter

&Zozimus Papa t.7.n.598
Pelagianorum videte acumen, ſed vitreum, quaſi lucet vanitate, ſed frangitur veritate. t.10.n.205.
Pelagij, & Cœleſtij hæreſis, in qua dicit, poſſe hominem in hac vita præceptis Dei cognitis, ad tantam perfectionem iuſtitiæ ſine adiutorio gratiæ ſaluatoris noſtri, per ſolum lib arb. peruenire. t.2.n.273.
Pelagij, & Cœleſtij verba ſunt. Ad hoc dedit Deus gratiam ſuam hominibus, vt quod facere iubentur per lib. arb. facilius poſſint implere per gratiam. Velo facilius, remo difficilius tamen remo uitur. Iumento facilius, pedibus difficilius itur, ſed tamē pedibus peruenitur, ſed falſum dicunt de gratia Dei, & adiutorio. t.10.n.215
Pelagiani dicunt gratiam ſecundum merita noſtra dari. t.7.n.617.
Pelagium, & Cœleſtium concilium Carthaginenſe, & Mileuitanum anathematizarūt. t.2.n.276.
Pelagius anathematizat ſcripta ſua, aut ſi ſua eſſe neget anathematizet, & damnet paterna exortatione, & auctoritate ſanctimoniæ tuę, & diſcat ſcandalum auferre. t.2.n.279.
Pelagius confiteri videtur gratiam, qua Deus demonſtrat & reuelat, quid agere debeamus non qua donat, atque adiuuat, vt agamus, cum de hoc potius valeat legis agnitio, ſi gratię deſit opitulatio, vt fiat mandati prævaricatio. t.7.n.521
Pelagius cum fuiſſent obiecta ei dicta eius, & Cœleſtij de peccato, ſcilicet, quod dixit Adæ peccatum, ipſe ſoli obfuiſſe non generi humano, & infantes, qui naſcuntur in eo ſtatu eſſe in Adam fuit ante pręuaricationem, quia videbat cum fuiſſent obiecta Pelagio, ſine vlla retractatione damnauit. t.7.n.536.
Pelagius de gratia nihil dicit, quaſi ſola ſua voluntate ſe poſſit ſanare, quia cum potuit ſolo vitiare, quod eſt hęreſis. t.7.n.501
Pelag. & Cœleſtius hæretici nè gant

PELAGIANI

gant paruulos baptizari, & gratiam negant. t.2.n.270

Pelagius, & Coelestius, quinque blasphemias ponunt, quarum prima est: Adam, siue peccasset, siue non peccasset moriturum fuisse, tamen peccatum eius neminē, nisi solum nocuit ipsum. Secunda, hominem posse per lib. arb. tanquam per se sibi sufficienter implere, quod vult. Tertia, vel meritis operum à Deo gratiam dari. Quarta, libidinem naturale esse bonum, nec in ea esse, quod pudeat. Quinta, paruulos baptizatorum filios non trahere originale peccatum, neque perituros à vita æterna sine baptismo contra fidem catholicam. t. 7. n. 926.

Pelagius, & Coelestius tribuunt infirmitatis humanæ potestatis, vt solum ad Dei gratiam pertinere contendunt, quod cum lib. arb. & non peccandi possibilitate nati sumus, & Dei mandata, quæ à nobis implentur accepimus, cæterum ad eadem mandata seruanda nullo diuino adiutorio egere, quod est hæresis. t.2. n. 275

Pelagius ideo ad laudem hominis adiunxit, & Deum, quia, nisi natura esset, in qua nos condidit, qua velle, & agere possemus, nec vellemus, nec agemus, quamquam naturalem possibilitatem adiuuari Dei gratia confitemur. t.7. n.521.

Pelagius in Episcopali iudicio Palęstino damnari metuens damnare compulsus est, sed in posterioribus suis scriptis, hoc inuenitur dicere. t.6. n. 201.

Perseuerantiam donum Dei esse in his meritis sanctorum, quæ nulla nisi dona Dei esse in his ait. t.7. n. 861

Perseuerare donum Dei esse in bonis, vsque in finem, cur hoc Dei donum ille accipit, ille non accipiat, puto, quod mecum pariter nescis, & atm bo hic inscrutabilia iudicia Dei penetrare nō possumus. t.7.n.909.

Perseueraturi, qui non sunt, ac per hoc à fide Christiana, & conuersatione lapsuri sunt, vt tales eos vitæ huius finis inue-

PE & PL

inueniat, proculdubio, nec illo tempore, quo bene piæque viuunt in isto numero computandi sunt. t. 7. n. 909.

Perseuerantiam esse donum Dei, qua vsque in finem perseueratur in Christo asserimus. t. 7. n. 860

Perseuerare vsque in finem donum Dei esse dixi, similiter, & initium fidei esse dixi. t. 7. n. 879

Petrus per solum sui amoris studium non addito Dei adiutorio voluit esse promissum ideo stare non potuit, per hominem, quod sub diuinitate pendebat fuit quidem in voluntate, sed non fuit in virtute. t. 10. n. 628

PL

Plebes stulte, quibus dicant, nos sumus iusti, qui patimur persecutionem, non erunt in illa die, & cæcis vendatur, reprobus lapis pro gemma præciosa, id est carnalis duritia, pro spirituali patientia. t. 7. n. 948.

Plenitudo legis charitas, & nemo potest esse continens, nisi Deus det. t. 2. n. 258

PO

Portio cuiusque erit Dominus, cum legem eius quisque custodierit, sed dono eius, scilicet Dei, & adiutorio spiritus Dei viuificantis. t. 8. n. 939.

Posse ad Deum propriè pertinet, qui illud creaturæ suæ contulit duo vero reliqua, scilicet velle, & esse ad hominem referenda sunt, quia de arbitrij fonte descendunt, ergo in voluntate, & operè bona laus hominis est, immo hominis, & Dei, qui ipsius voluntatis, & operis, possibilitatem gratiæ suæ adiuuat semper auxilio, ait Pelagius, quod verò homo potest velle bonum, atque perficere solius Dei est, duo sequentia, sine primo non possunt esse, sed primum, potest esse sine velle, & esse ait. t. 7. n. 520

Posse non peccare nostrum non est, & si voluerimus, non posse non peccare non possumus, non posse non peccare. t. 7. n. 510

Posse nostrum non est solum Deus nobis donauit, atque adiuuat, sed etiam velle, & operatur in nobis.

Non

P O

Non quia nos volumus, aut nos non agimus, sed quia sine ipsius adiutorio, nec volumus, nec agimus. t. 7. n. 526.

Posse primo loco (ait Pelag.) velle secundo loco, & esse tertio loco, posse in natura est velle in arbitrio esse in effectu est, &c. t. 7. n. 520

Posse velle, & operari Pelagius tanta subtilitate curauit distinguere, vt quandocunq. legimus, vel audimus diuinę gratię adiutorium confiteri, vt à malo declinemus bonumque faciamus, siue in lege, siue vbilibet constituat sciamus, quid loquitur, nec erremus aliter eum intelligendo, quam sentit. t. 7. n. 520.

Possibilitatem ad vtrumque valere definit, & tamen non ideo tribuenda sunt Deo etiam nostra peccata, sicut, & propter eamdem possibilitatem vult tribuere opera nostra Pelag. desinet ista dicere. t. 7. n. 526.

Possibilitatem illam naturalem quam Pelagius non vult respicere esse vitiatam pecca-

P O

to. Ambrosius dicit, fuimus nos aliquando filij ire, &c. t. 7. n. 533.

Possibilitatem non solum bonę voluntatis, atque operis, sed etiam voluntatem, & operationem bonam, erga nos gratia Dei prædicanda est. t. 7. n. 526.

Possibilitatem, voluntatem, & actionem Pelag. nullo Dei adiutorio existimet indigere, ipsum verò auxilium, quo possibilitatem naturalē perhibet adiuuari in lege cō stituit, atque doctrina. t. 7. n. 531.

Possumus (inquit Pelagius) omne bonum facere, dicere, cogitare, sed hoc illius est, qui hoc posse donauit, qui hoc posse adiuuat. Quod verò benè, vel agimus, vel loquimur, vel cogitamus nostrum est, & hoc secundum Pelagium. t. 7. n. 520

Potentes, qui sibi videntur, vt sine Dei dono, atque adiutorio humana sufficientia diuina possint implere mandata, & pręcinguntur virtute quorum interna vox est infirmati sunt. t. 5. n. 323

Poten-

P O & R

Potentiæ animę sine quibus rectè viui non potest, media bona sunt, &c. t.1. n.9

Peccatorum remissio licet non fiat, nisi voluntas adsit tamen, vt fiat, voluntas sola non sufficit, ideo pro hac re nec superflua, nec impudens Domino immolatur oratio. t.7. n. 499.

P R

Præcepta decalogi nemo implet viribus suis, nisi adiuuetur gratia Dei. t.10.n.665

Præcepta hæc sunt morum, illa sacramenta sunt promissorum, hæc implentur per adiuuantem gratiam, illa per redditam veritatem, vtraq; per Christum. t.6. n.244

Præcepta legis per charitatem impleta sunt, quæ per timorem non poterant impleri, &c. t.4. n. 409

Præcepta legis sine gratia nullo modo impleret homo, transgressione, nisi humiliaretur, vt pareret gratiã, nec se suis meritis saluum fieri, quod superbum est opinaretur, vt esset non in sua potestate, & viribus iustus, sed in manu mediatoris iustificantis impium. t.4. n. 868

Præcepta, vt homines possunt implere, si velint, sed præparatur voluntas à Domino, & tantum augetur munere charitatis, vt possint. t. 1. n. 10.

Præceptum implere, omni ex parte, non possumus, nisi adiuuemur à Deo, qui adiuuat nostræ mentis obtutum non secundum nostram, sed secundum suam iustitiam boni aliquid operemur, &c. t.7.n.467.

Prædestinati electi sunt ante mundi constitutionem ea prædestinatione, in qua Deus sua futura facta præsciuit. Electi sunt autem de mundo, ea vocatione, qua Deus id quod prædestinauit impleuit. t.7.n.856

Prædestinati quando sumus ipsi gloria, quia non eramus, quia auersi eramus, quando sumus vocati, quia peccatores eramus, quando sumus iustificati. t.10.n.232

Prædestinatio aut sic prædicanda est, quemadmodum eam sancta scriptura euidenter loquitur, vt in prædestinatis,

sine

sine pœnitentia sint dona, & vocatio Dei, aut gratiam Dei secundum nostra dari merita confitendum, quod sapiunt Pelag. &c. t. 7. n. 874.

Prædestinatio diuinæ voluntatis est, donum Dei, non humanę fragilitatis est meritū. t. 7. n. 963.

Prædestinatio ipsa est sanctorum, quos elegit in Christo ante mundi constitutionem, vt essent sancti, & immaculati in conspectu eius, in charitate prædestinans eos in adoptionem filiorum per Iesum Christum secundum placidum voluntatis suæ in laudem gratiæ suæ. t. 7. n. 864.

Prædestinatione pœnitentiæ vocamur, agite pœnitentiam. Psal. 53. t. 8. n. 1204.

Prædestinatio est gratiæ præparatio, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus, quæ sine præscientia non potest esse, potest autem esse sine prædestinatione præscientia prædestinat, quippe Deus, quę præscinit, quæ fierat facturus. t. 7. n. 849.

Prædestinatus est Iacob vas in honorem, quia non ex operibus, sed ex vocatione, & vocante Deo dictus est. t. 7. n. 827.

Præscientia Dei vnum eligit, alterum reprobat, scilicet, Esau reprobat. Iacob elegit, non tamen opera elegit, nisi intelligamus opera, per dilectionem, ideſt elegit Deus, quem dilexit. t. 4. n. 852.

Præscientia Dei voluntatem nostram, & potestatem non tollit, & sic non necessitat nos ad aliquid faciendum. t. 7. n. 468.

Præsciuit enim nos eius diuinitas sapientia condidit, iustitia damnauit gratia liberauit. t. 7. n. 826.

Præsciuit ergo aliquid, qui præscit, quid futurum esset in nostra voluntate, & illo præsciente est aliquid, in nostra voluntate, & qui sic nullo modo cogimur, aut cetenta præscientia Dei tollere voluntatis arbitrium. t. 5. n. 88.

Promissio non secundum merita nostra, sed secundum misericordiam suam firma est, de qua nemo debet dubitare.

P R & V

re. t.8.n.670

Propositum bonum præcedit misericordia Dei, vt perficiamus, ideo dictus est misericordia eius præueniet me, scilicet Propositum meum, & misericordia subsequetur me, &c. t.7.n.605

